Google

1. d. 164.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JULIUS D. G. ELECT. ET CONFIRMAT. EPISCO. NUMBURGENS.

Bruhl sc. Lips.

Digitized by Google

Jo. Martini Schamelii,
Past. Primar.

NUMBURGUM LITERATUM,

In quo

Viros, quos vel protulit Numburgum, urbs ad Salam Episcopalis, vel fovit ac aluit, eruditione aut scriptis præstantes, secundum temporum seriem breviter recenset.

Accedunt variæ Epistolæ *Pflugii*, *Lutheri*, *Melanchthonis*, *Reinesii*, *Daumii*, *Sagittarii*, *Speneri*, *Petr. Albini*, *Frankii* a Franckenau, adhuc nondum editæ.



BIBLIOTHECA BODLEIANA

LIPSIÆ,
Sumpt. HÆRED. LANCKISIANORUM.
Anno 1727.

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. D. B. V.

I.

Alramus, *Waleranus*, *Williramus*, *Walrabonus* ſive *Walrabe*, e familia Comitum a *Schwarzenberg*: 1) Vixit primum in Monaſterio Hersfeldenſi, quod ipſe refert. 2) A conventu aliquoties ad *Henricum IV.* Imp. miſſus, in Aula Cæſarea innotuit. Ad Hermannum etiam Anti-Cæſarem legatione functus eſt. 3) Inter Epiſcopos Numburgenſes ordine eſt nonus, dignitatem hanc nactus beneficio Cæſaris. 4) Præfuit autem Epiſcopatui ab A. 1089. ad An. IIII. Inſignis Theologus, cujus extant opuſcula ſequentia:

1. Apologia 5) pro Cæſare, 3. libris comprehenſa, atque Hermanno, Epiſcopo Metenſi, dicata, contra Epiſtolam Excommunicationis Gregorii VII. ſive Hildebrandi Papæ. 6)
2. Tr. de Inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum, contra Paſchalem Papam. 7)
3. Epiſtola ad *Ludovicum* Salium, 8) Thuringiæ Landgravium, atque Cœnobii Reinhardi fontani fundatorem, 9) quem flectere, atque ad Cæſaris partes pertrahere, omni ſtudio conatus eſt.
4. Reſponſio ad *Herrandi*, Epiſcopi Halberſtad. Epiſtolam, 10) nomine *Ludovici* Salii exaratam.

Anſelmum, Cantuarienſem Archiepiſcopum, de Græcorum erroribus conſuluiſſe, hujus ad Walramum noſtrum Epiſtola condocere uberius poteſt. 11)

Digitized by Google

Not.

1) Willerami fratres *Atribo* & *Zirce* fuerunt, Comites a *Schwarzenberg*, quorum exuvias Eccleſiam S. Viti, Monaſterio Miltenfurtenſi in Voitlandia proxime adjacentem ſervare perhibet Müller in Staats-Cab. III. Deſſn. p. 179. Hodie tamen ne umbra quidem monumenti tantis Comitibus dicati, ibi comparet. conf. Beckers Stemma Ruthen. f. 8.

2) Ita enim l. 2. Apol. c. 28. (ed. Hutten. p. 98. Goldaſt. p. 139.) *Specialiter*, inquit, *ipſe* (Hartwicus ſcil.) *præ cæteris Saxonibus odio habebat eundem locum Herosfeldiæ, ideoque civitatem & Sancta noſtra quærebat deſtruere* &c.

3) Sic enim iterum Walramus l. 2. Apol. c. 16. (ed. Hutten. p. 72. Goldaſt. p. 116.) *Ecce eundem Herimannum* (Rudolffi ſcil. Succeſſorem) *vidimus in caſtris Saxonum non Regis, ſive Principis loco militare* &c.

4) Fridericus quidem (Dedonis, C. Pal. Sax. filius nothus, v. Hoffm. Script. Rer. Luſat. T. *a.* f. 30.) Abbas Goſecenſis, Rudolphi autoritate atque Canonicorum ſuffragiis, non ad Epiſcopatus ſaltem Numburgenſis, ſed etiam (ſi Chronicon Gozecenſ. conferas apud eundem Hoffm. l. c. f. 110. a.) cœnobii S. Georgio conſecrati, atque extra pomœria civitatis Numburg. ſiti, gubernationem pervenit, ab Henrico IV. tamen exauctoratus, & Abbatiæ Herosfeldenſi præpoſitus eſt. Walramo autem noſtro idem Henricus Cæſar ex Herosfeldenſi cœnobio evocato Epiſcopatum Numb. detulit. v. Lang. Chron. Citiz.

5) Librum iſtum antiquiſſimum in Bibliotheca Fuldenſi invenit, eumque luci publicæ expoſuit *Ulricus Huttenus* per Jo. Schetſer. Mogunt. An. 1520. in 4. plag. 19. ſub rubrica: *De unitate Eccleſiæ conſervanda, & Schiſmate, quod fuit inter Henricum IV. Imp. & Gregor. VII. Pont. Max. cujusdam ejus temporis Theologi liber in vetuſtiſſima Fuldenſi Bibliotheca ab Hutteno inventus nuper.* Hiſtoriam inventi libri lætanti animo retulit Eobano Heſſo, literis ad ipſum datis, quas ex vetuſto codice cum poſteritate communicavit Cl. Burckardus, Comment. de Vit. Hutten. ed. Wolffenbüttt. 1717. in 8. & quidem P. 2. p. 30. præfationem etiam integram ſubjecit, quam ad Illuſtriſſimum Auſtriæ Archi-Ducem Ferdinandum, Hutterus præſcripſit. Huttenum ſecutus eſt Freherus, qui librum huncce inſeruit To. 1. Script. f. 240. ed. Struv. Freherum vero Goldaſtus l. c. Liber 1. incipit: *Nemo aſcendit in cœlum* &c. & conſtat capp. 18. prout Freherus ſubdiſtinxit. Conf. Autor ipſe l. 2. c. 6. Lib. 2. *Nolite plures Magiſtri fieri* &c. conſtat capp. 43. Lib. 3. *DEUS imque ſummus* &c. in fine eſt mancus. Enimvero: An Walramus (An Venericus Vercellenſ. an Cunradus Trajectenſ. Ep.) harum Apologia-

logiarum ſit Autor? quæritur. B. Sagittarius in Hiſt. Epiſc. Numb. p. 67. autorem libri Waltramum eſſe, conjectura duntaxat niti perhibet. Flacius autem Illyricus in Catal. Teſt. Ver. p. 297. ed. 1556. in 8. *Suſpicor*, ait, *hujus Autoris* (Waltramum innuit) *eſſe præcedentem librum de Unitate Eccleſiæ.* Cujus opinionem ut maxime probabilem recipit Melchior Goldaſtus. Hic An. 1611. Hanov. in 4. edidit: Apologias Reverendiſſimorum & Illuſtriſſimorum S. R. I. Principum pro Imp. Henrico IV. atque in Diſſ. de Autoribus, operi præfixa, p. 24. Flacii aſſertum pluribus ex ipſo Autore ſtabilivit. Factum inde eſt, ut Waltrami nomen ſingulis Apologiæ libris proſcripſerit. *Libri 1.* (An. 1093. conſignati) *Titulus eſt:* Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis Waltrami, Epiſc. Naumb. Apologiæ l. 1. pro Henrico IV. Imp. adverſus Hildebrandi Papæ Epiſtolam ad Hermannum, Metenſem Epiſcopum, pro juſtificando facto excommunicationis, quam in dictum Imperatorem fecerat. *Titulus L. 2.* Waltrami, Naumb. Epiſc. Apologiæ l. 2. pro Henrico IV. Imp. & Clemente III. Papa, contra Bernhardi Corbeienſ. Monachi, ex Hirſaugia Epiſtolam de judicio Gregorii Papæ VII. ſuper Schiſmaticos, & de Sacramentis extra Eccleſiam uſurpatis. *Lib. 3. Titulus:* Waltrami, Naumb. Epiſc. Apologiæ l. 3. pro Clemente III. Papa, per Henricum IV. Imp. ordinato contra Epiſtolam Bernhardi, Corbeienſ. Monachi, de Sacramentis extra Eccleſiam uſurpatis &c. &c. Nobis ſane cætera etiam Waltrami conferentibus, vix dubium remanet, profectas ab ipſius ingenio fuiſſe iſtas Apologias, adeo ſibi ubique conſtat, & præſtantiſſimi Theologi modum omnino implet. conf. Arniſæi Tr. de Autor. Princ. in popul. c. 7. it. de Subject. Cleric. f. 272. Freheri Scriptt. T. 1. f. 234. ex ed. Ill. Struvii.

6) Legitur iſta Epiſtola Gregorii VII. An. 1078. exarata in Apologiis Goldaſti, ſupra citatis p. 244.

7) Titulus apud Goldaſt. l. c. p. 226. eſt: Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis Walthrami, Naumb. Ep. Tract. de Inveſtitura Epiſcoporum & Abbatum pro Juribus Imperatorum & Regum contra Paſchalem Papam ſcriptus A. D. 1109. Incipit: *Leo Conſtantini filius annis 5. imperavit in Regno Græcorum & Romanorum* &c. &c. finit: *Igitur hæc ſcandala gravia Paſtores animarum cavere debent, coram Domino ambulantes in vera ſimplicitate propter Chriſti puſillos. Ex quo, cum Imp. Rom. Carolo M. acclamatum eſt, ſunt anni 309. Eſt autem annus præſens 1109. quando ultimum Paſcha fuit ab Incarn. Dom. ſecundum cyclum Dionyſii.* Falſo itaque inſimulari Waltramum defectionis ad Paſchalem Papam, Goldaſt. in præf. Apologiis præfixa p. 29. hoc argumento

Digitized by Google

ductus evincit, quod hic ipse Tractatus Paschalem Papam publice redarguat. An nostro quoque tempore aliquis ex ordinis Ecclesiastici, Pontificiæ religioni addicti, cœtu admodum numeroso Præsulis nostri religiosissimi exemplo Jura atque autoritatem Imperatorum R. adversus Pontificem adserturus sit, utut hanc gentem Augusti benignissimi infinitis bonis cumularint, merito dubitat D. D. Buderus in Vindd. Jur. Imper. adversus urbis Romæ Episcopos. §. 1. p. 10. ed. Jen. 1717. in 4. Hic tamen tacendum non est, aliter prorsus de Waltrami libro sentire Thomasium. In Histor. enim Content. inter Imper. & Sacerdot. c. 8. p. 64. hæc habet: *meminit equ. eodem Sec. XI. Waltrami Ep. Numb. Mornæus p. 597. quod in Pontificem pro Investitura Regibus debita calamum strinxerit - - Sed tamen & de hoc ob dicta & adhuc dicenda præsumendum est, quod magis jura Episcoporum S. Ecclesiæ, quam Imperatoris laici defendere sustinuerit.*

8) Extat apud Dodechin. Mariani Scoti Continuatorem, Abbatem S. Dysibodi, ad An. 1090. T. 1. Scriptt. Germ. Pistorii & Baron. T. 11. An. 1090. No. 8. f. 658. ed. Struv. Unde Apologiis suis inseruit Goldast. p. 51. Titulum præscripsit sequentem: Reverendissimi & Illustrissimi Principis Waltrami, Episc. Naumb. Epistola ad Ludovicum Landgravium Thuringiæ pro Henrico IV. Imp. contra Hildebrandum Papam, ut eo deserto, Imperatori inhæreat. Allegat eam Joh. de Isenach in Act. Præsul. Nuenburg. apud Paullin. Synt. rer. Germ. p. 133. conf. Centuriatt. Sec. 11. f. 605. & Lunigii Spicileg. P. 2. f. 146. nec non Otto Frising. l. 6. c. 35. apud Freher.

9) Hujus cœnobii fundationem & privilegia confirmavit Henricus IV. An. 1086. Diploma exhibet J. F. Schannat. in Vindem. Liter. Collect. 1. f. 106.

10) Herrandi Epist. comparet apud Goldast. in Apologiis p. 252. sub Inscriptione: *Steph. Herrandi, Episc. Halberstad. Epist. nomine Ludovici Landgravii Thuringiæ rescripta ad Waltramum Naumburg. Episcopum*, An. 1090. Elegantissimam & utilem pro suo scil. in Rom. Pontificem affectu vocat Trithem. de scriptor. Eccles. f. 91. ed. Fabric. it. in Chron. Hirsaug. sub Gebehardo Abbate conf. Lunig. l. c. & Leukfeld Antiq. Halberstad. p. 693. qui tamen p. 537. dolet, *Responsionem Waltrami nostri*, supra excitatam, vel plane interiisse, vel alicubi in tenebris delitescere. Putarem tamen, superesse adhuc, cum libro 2. Waltramus solide ad Herrandi argumenta responderit.

11) Historiam Epistolæ ita refert Goldast. in diss. de Autoribus, Apologiis præmissa p. 21. *In illa intolerabili Paparum tyrannide deliberatum fuisse vide-*

videtur inter Germaniæ Episcopos, ex rogatione Imperatoris, an deserta Rom. Ecclesia, unio cum Constantinopolitana iniri ac fieri possit? Proinde Waltramus, Imperatoris Consiliarius, Anselmum, nominatissimum tunc temporis Archi Episcopum super Græcorum erroribus consuluit. Anselmus Epistolam scripsit de Processione Spiritus S. in cujus capite nefarie admodum atque ex mente prorsus Papana ita ad Waltramum:

Scienti breviter loquor. Si certus essem, prudentiam vestram non favere successori Julii Cæsaris, & Neronis, & Juliani Apostatæ (cum istis comparat Henricum IV.) *contra successorem & Vicarium Petri Apostoli, libentissime vos ut amicissimum & reverendum Episcopum salutarem. Quomodo autem ad defensionem veritatis, quam contra Græcos quæritis, secundum posse nulli deesse debemus, opusculum vobis misi, quod de Spiritus S. processione contra illos edidi. De sacrificio vero, in quo iidem Græci nobiscum non sentiunt, multis rationabilibus Catholicis videtur, quod agunt Græci, non esse contra fidem Christianam &c.*

Bellarminus L. de Scriptor. Eccles. p. 276. Anselmi librum de diversitate Sacramentorum, s. dissensione Græcorum in sacrificio excitans, ita differit: *Habet stylum Anselmi, & præfixam Epistolam ad Valramum Episcopum.* Epistolam hancce dedicatoriam tangit quoque Anonymus Metlicensis apud Fabric. Biblioth. Eccles. f. 155. inquiens: *Scripsit & Epistolam* (Anselmus) *Williramo, Novemburg. Episcopo, de dissensione Græcorum in sacrificio.*

II.

Johannes Tylich, Monasterii S. Mauritii in suburbio Numburg. Præpositus. 1) Hunc de semetipso referentem audiamus in Chron. Miss. quod in Jo. Friderici Schannat. Vindem. Liter. Collect. 2. f. 87. extat. *Ego*, inquit, *Joh. Tylich, Decretorum Doctor minimus, Præpositus Canonicorum Regularium S. Mauritii extra muros Nuemburgenses, & in studio Lipsiensi Lector ordinarius*, An. 1413. *audivi* &c. Hactenus ignotus fuit iste Scriptor. Nuperrime excitatus modo Cl. Schannat. foras dedit ex ipso autographo, lituris frequentibus undique respersо

Chronicon ipsius *Missnense* ab An. 785. ad An. 1420.

de quo honorifice admodum sentit, atque in multis Reineccio atque Albino prævalere autumat. 2)

Not.

1) In Catalogo Præpoſitorum Eccleſiæ S. Mauritii admodum interrupto, atque a me propediem D. v. cum aliis rei monaſticæ monumentis evulgando, Petrus occurrit, qui præfuit ab An. 1368. usque ad An. 1380. Interceſſiſſe igitur alium adhuc inter Petrum & Johannem noſtrum, mihi tamen ignotum, ſuſpicor.

2) Allegantur in iſto Chronico Codices quidam MSti. Ita enim f. 76. fuerat, ait, Vipertus vir ſtrenuus & bellicoſus, qui multa prælia habuit cum vicinis ſuis de Caſtro Wilſin, prout *in Vita ſua pulcro ſtilo conſcripta*, in dicto Monaſterio Pegavienſi reperies. Et f. 80. provocat ad Hiſtoriam longam de Cruciferis Teutonicis apud S. Thomam in Lipitzig &c. Exequiis Georgii, fratris Friderici Jun. March. Miſn. & Thur. Landgr. in vicino nobis Portenſi cœnobio An. 1401. ſepulti interfuiſſe ſe ſcribit f. 89. Vitam Viperti, quod ſpectat, absque dubio innuitur Monachi Pegav. Hiſtoria de Viperto Marchione, per Reineccium publicata.

III.

M. *Johannes Taymuth, Taimund vel Tarmuth*, 1) Numburgenſis, fuit Profeſſor & An. 1457. Rector Univerſitatis 2) Lipſienſis, prout Matricula Academica anni illius teſtatur. 3) In Matricula Rever. Capit. Numburg. & quidem in ſerie Decanorum ad An. 1487. occurrit D. *Joh. Taymud*, vixit adhuc An. 1490.

Not.

1) Ita ſcribitur in veteri Matricula Rectorum Acad. Lipſ. quam D. Tob. Heydenreich Chronico Lipſ. ed. 1635. in 4. ſubjecit, ubi tamen per errorem Norinbergenſis appellatur.

2) „De hac Univerſitate ita Tylichius in Chron. f. 89. Anno Dom. 1409. „circa Feſtum Petri & Pauli Bulla confirmationis Studii Generalis „ſolempni proceſſione introducta fuit in Civitate Lipſienſi, & Friderici Princeps 2. prebendas & Canonicatus in Eccleſia Miſnenſi, 2. „in Eccleſia Merſeburgenſi, & 2. in Eccleſiis Nuemburgenſi & Cizenſi „pro Doctoribus & Magiſtris ejusdem ſtudii a ſede Apoſtolica impetravit &c. &c.

3) Vid. M. Hubneri Diſſ. de Friderico bellicoſo, hab. Halæ An. 1709. p. 52.

IV.

Inter Epiſcopos Numburgenſes, qui Seculo XV. ordine invicem ſe inſecuti ſunt, quamvis ad poſteritatis memoriam monumenta quædam ingenii non reliquerint, a ſingulari tamen eruditione

tione 1) celebrantur: *Joannes II.* Decretalium Doctor Bononiæ in Italia renunciatus, An. 1434. vita defunctus, *Petrus*, Jur. Lic. demortuus An. 1463. & *Georgius*, vir doctus, atque Friderici, Elect. Sax. Cancellarius, e vivis ereptus An. 1463.

Not.

1) Vid. Langii Chron. Citiz. in Piſtor. Scriptt. T. 1.

V.

Suppar hiſce prædeceſſoribus, niſi major etiam, *Dietericus*, ſive Theodoricus III. inclyta ſtirpe nobilium Sileſiæ a *Burgsdorff* 1) prognatus, Theologus & JCtus inſignis. Fuit enim Doctor & Ordinarius Lipſienſis, & An. 1439. Univerſitatis Rector: 2) Decanus Capituli Numburg. An. 1453. Epiſcopatum 3) ipſum nactus eſt An. 1463. demortuus An. 1466. 4) ſcripſit: 5)

Concordantias in Jus Saxon. 6) quod alias der Sachſen-Spiegel dici ſolet.

v. Schrader. Vol. 1. Conſ. 1. N. 232. Brotuff. Chron. l. 2. c. 47.

Not.

1) B. Höpffner. nominat *Bocksdorff*, Albin. in Chron. Miſn. Tit. 21. p. 285. *Buxdorff:* D. Heydenreich *Buckendorff*, alii legunt *Buckensdorff*. De gente ipſa v. Sinap. Schleſiſch. Curioſ. p. 284. Spangenberg. Adels Spiegel, P. 2. l. 11. c. 14.

2) Vid. Matricula Acad. Lipſienſ. quam D. Tobias Heidenreich Chronico Lipſ. ſubjecit, ubi occurrit: D. Theodoricus *Buckendorff*. D. Finckelthuſ. in Orat. Tractatui de Jure Patronatus ſubnexa ait: Hunc *Burxdorffium* tertium fuiſſe Academiæ Lipſ. Ordinarium. conf. *Freher.* Theatr. Vir. Illuſtr. f. 793. Spangenberg l. c. cap. 12. ait: Er ſey Ordin. Lect. Juris zu Leipzig, und zugleich ein hocherfahrner Theologus und Philoſophus geweſen, habe ein Regiſtrum über das Lands Recht und Weichbild verfertiget.

3) Meibomius ordinationem hujus Epiſcopi per *Fridericum*, Archi-Epiſcopum Magdeburg. peractam T. 2. Rer. Germ. f. 365. e Chronico Magdeb. referens, ipſum Theodoricum de *Buxtorff*. Nuenburg. nominat.

4) Sive juxta Lang. A. 1471. v. Chron. ipſius Citiz. ad h. ann. Major tamen fides habenda eſt Epitaphio ex lamina ænea compoſito, & in Eccleſia Numb. Cathedrali muro affixo, in quo hæc leguntur: Ao. Dni. M. CCCC. LXVI. Dom. Oculi obiit Rev. in Chriſto Pater & Dominus, Dnus Theodoricus de Buckensdorff, U. J. D. Eccleſ

Numb.

Digitized by Google

Numb. Epiſc. cujus anima requieſcat in pace. Falſam itaque eorum opinionem judicat *Paullini* in Chron. Huxar. p. 135. ad Ann. 1474. qui per Virum Excellentiſſimum & Nobiliſſimum, quem Autor Chronici iſto anno Corbejam veniſſe, & terram etiam, in area Monaſterii proſtratum, oſculatum eſſe commemorat, Theodoricum de *Burgsdorff*, Antiſtitem Numburg. intelligunt. v. *Paullin.* Syntagma in Not. l. c.

5) M. Tob. *Eckhardus* R. Quedl. in Tr. de Codicibus MSS. Quedlinb. ed. 1723. in 4. N. 46. recenſet Breviarium quoddam antiquum chartaceum, (ab An. 1204. qui tamen numerus in ligatura ſaltem legitur) in cujus charta vacua inter alia hæc quoque inſcripta extare edocet:

Speculum Saxonicum.

Ex diverſis ſpecialibus legibus extractum per Eckhardum (alias Ecco, Eyke, Epko, vocatur, ut hoc compendium ſit nominis, ut varia ſolent eſſe apud veteres) *Magiſtrum compoſitum, & per Carolum M.* (Carolum IV.) *confirmatum eſt: inſuper per Bockſtorp, Doctorem Lipzenſem & Epiſcopum Nuenburgenſem in XVI. Articulis collectum eſt.*

Scrupulum autem poſt iſtam ſcriptionem injicit, inquiens: Num hi (Articuli ſc.) exſtent, alii exquirent: Nullum v. adhucdum Epiſcopum Numburgenſem ejus nominis reperi. Sed reperiri omnino, ſcire debebat Vir Clariſſimus. B. *Höpffnerus* in Saxon. Evang. p. 343. allegans Spec. Saxon. l. 3. Art. 57. de electione Imperatoris R. ſequentia ſubjicit: *Sic enim habet vetus editio* (Latina ſcil.) *a Theodorico de Botksdorff, Epiſcopo Numburg. correcta.* conf. *Gryphiandri* Tr. de Weichbildis c. 47. N. 8. f. 170. & c. 53. N. 12. f. 189. ed. Argent. 1666. 4. Laborem iſtum Burgsdorffii noſtri citra dubium reſpiciunt verſus in Epitaphio jam commemorato exarati ſequentes:

Bis ſeptingeno, bis terno ſexaque geno
Nondum completo poſt partum virginis anno
Egregius vir & inſignis gemini quoque juris
Doctor, quod dictus de Pocksdorff, Theodoricus
Eccleſiæ præſul hujus non tempore longo
Idibus hic Martis ſeptenis Vir venerandus,
Et *Speculum Juris*, perſolvit debita carnis,
Quem tu Chriſte bonæ Doctorum junge coronæ.

6) De Speculo Saxonico pauciſſimis monendum a.) *Auctorem* plerumque haberi *Eccardum* (qui, uti ſupra modo dictum, Ecco, Epko vel Eyke etiam appellatur) *a Repkow* (Repnau vel Repehauw legit Reimannus libro mox citando p. 180.) equitem ſub Sec. 13. exordium illuſtrem: b.) *Librum* ipſum conſignatum ab ipſo eſſe lingua latina, eique titulum Speculi

Speculi, pro more istius ævi, præscriptum, quem tamen Textum intercidisse autumat Cl. Reimannus, Hist. Liter. P. I. l. 2. p. 449. Postulante Hosero, Com. a *Falckenstein*, Autorem circa An. 1224. textum latinum in vernaculam, & veteri quidem rudique dialecto traduxisse. Istam translationem denuo latine reddidit Anonymus, cujus Versionem D. Christoph *Zobel*, JCtus Lipſ. cum glossematis quibusdam, vernacula puriori expressam, foras dedit Lipſ. 1569. & 1582. in fol. c.) *Summam* libri exhibere consuetudines Germanorum populares & sententias de jure hactenus non scriptas, quas Autor magno quidem studio, judicio tamen non semper æque exacto, congessit, si Conringium audias apud Reimann. l. c. d.) *Codices MSS.* adhuc supereſſe, c. c. chartaceum in fol. in Curia Quedlinb. quo continentur das Lehn-Recht, Sachsen-Spiegel und Weichbild-Recht. Scriptus est A. 1497. v. Eckard. l. c. N. III. p. 53. qui etiam N. 33. p. 33. peculiare hujus Speculi exemplum, lingua Germanica Saxoniæ inferioris exaratum, recenset. In Bibliotheca Mariana Halenſi MS. in membrana expressum, in 4. se reperisse testatur *Reimann.* l. c. p. 450. deesse tamen glossam veterem, itemque præfationem rythmicam: conf. p. 270. Quando vero vir literatissimus isto Codicis antiquissimi defectu inductus ambigit, num præfatio ab ipso Autore sit præmissa, sive etiam Morhoffius im Unterr. von der Teutsch. Poësie, p. 326. linguam, qua Jus illud descriptum fuit, Germanicam, corruptam suspicatur, quia modus loquendi elegantius ævum sapit, dissentientem habent Cl. *Eckhardum*, qui l. c. N. 33. p. 33. (ubi pariter MS. Codex Speculi hujus exhibetur) idem orationis genus in præfatione rythmica & contextu ipso occurrere edocet. Adjurationem præfationis Cl. *Lilienthalius* inseruit Select. Liter. Obſ. I. de Exorcismo Liter. p. 8. horrendam equidem, sed ævo illo præprimis in literis fundatiorum admodum usitatam. e.) *Fata* habuisse varia. Gregorius XI. Pontifex, usum hujus Speculi An. 1373 prohibuit, cujus interdictum ratum habuit Eugenius IV. An. 1431. sed irrito conatu. v. D. Brunnquells Ged. von dem Teutsch. Stadt- und Land-R. §. 21. f.) *Editiones* plus semel factas, quibus jungenda merito esset illa nostri Theodorici. Reimannus l. c. p. 455. ut ob raritatem libri isti antiqui, Sachsen-Spiegel, Schwaben-Spiegel, Richtsteig ꝛc. imprimantur, vovet ac obtestatur; prodiit autem editio novissima, & quidem triplici lingua, duplici germanica & latina Anno 1720. in 4. (Reimanni Histor. evulgata est An. 1713.) curante Jo. Frid. *Ludovici*, JCto famigeratissimo. conf.

Digitized by Google

Eckhard. l. c. p. 34. A. E. 1713. p. 497. *Ludovici* editiones enumerat sequentes: 1561. 1595. Zobelii, 1561. Ejusdem 1614. it. 1595. sub finem editionis veteris hæc extant: Explicirt der Sachſen-Spiegel, den der Ehrwürdige in GOtt Vater und Herr, Theodoricus von Bockedorff, Biſch. zu Nüenburg ſeel. gecorrigiret hat. Gedruckt zu Baſel durch Bernh. Richel, in dem LXXIV. Jahr. i. e. An. 1474. conf. *Felleri* Catal. Codd. MS. Bibl. Paul. Lipſ. Edit. Augſpurg. hunc præ ſe fert titulum: Sachſen-Spiegel mit vielen nyen Addicien. 4. 1516. v. *Ludov.* Præf. § 34.

VI.

Georgius Molitoris, Nuenburgenſis. 1) Docuit Philoſophiam atque Theologiam in Gymnaſio Erffurtenſi. Virum in Divinis Scripturis longo ſtudio exercitatum, & egregie doctum, ingenio acrum, vitaque præclarum vocat Trithemius de Scriptor. Eccleſ. f. 205. ed. Fabric. Obiit An. 1484. Ingenii ipſius opuſcula extant:

L. 4. ſuper ſententias.
L. 1. de paſſione Domini.
L. 1. in quo ſermones multi.
L. 1. quæſt. Variar. & alia.

Not.

1) Male igitur a Poſſevino Nurembergenſis appellatur, prout animadvertit Fabricius in Not. ad Trithem. l. c. & f. 219.

VII.

Johannes Bertram, Numburgenſis, Molitoris diſcipulus. 1) Primum Erfordiæ docuit Theologiam, deinde in Gymnaſio Moguntino. De eo ita Trithemius l. de Script. Eccleſ. f. 219. ed. Fabric. *Claret ætate virili in Gymnaſio Mogunt. Theologiam ordinarie docens, ac varia componens*, 2) *ſub Maximiliano, Romanorum Rege Clariſſimo, & Summo Pontifice Alexandro VI.* A. D. *quo hæc ſcribimus*, 1494. Scripſit:

L. 1. in Prologum Bibliæ. (opus grande appellatur a Trithemio.)
L. 1. Collation. multæ ad Clerum.
L. 1. de valore Miſſarum.
Quæſt. var.

Not.

Digitized by Google

Not.

1) De Bertramo noſtro agit etiam Pantaleon, Proſopograph. T. 2. f. 462. cujus verba retuliſſe, operæ pretium erit. *Joh. Bertram*, inquit, *Moguntinenſis Profeſſor, Nuenburgi natus & educatus fuit. Ibi* (an Numburgi? Ita Molitorem officio publici Præceptoris etiam Numburgi functum eſſe, conſequens omnino eſſet) *præceptorem habuit Georgium Molitorem, virum doctiſſimum, a quo in humanioribus literis & artibus dicendi utcunque inſtitutus fuit. Inde ſeſe Erfordiam contulit, ut in ea Academia Philoſophiæ atque majoribus Facultatibus operam daret. Hinc factum, ut ob felicitatem ingenii brevi omnes ejus loci Philoſophos & Theologos ſuperaret. Cum autem eo tempore Dietherus ab Eyſenburg, * Archi-Epiſcopus Moguntinus, circa A. D. 1470. Moguntiæ Academiam fundaſſit, atque eam viris doctiſſimis exornare ſtatuiſſet, etiam Johannes ſeſe eo contulit, atque in Ordinarium Profeſſorem Theologiæ receptus fuit. Scripſit in libros aliquot Bibliorum, de Miſſa, atque varias quæſtiones & collationes.* flor. circa An. 1490.

* De Diethero hæc refert Bruſchius l. de Germaniæ Epiſcopatibus p. 18. b. fundavit & exorſus eſt Academiam Moguntinam primus, ad quam illuſtrandam & confirmandam privilegia apud Pontificem Rom. impetravit &c. Ex quo ſimul manifeſtum eſt, fundationis annum minus accurate ſubduxiſſe Pantaleonem. Dietherus enim An. 1462. Moguntia expulſus, & Anno 1475. demum poſt Adolphi, ejus in Archi-Epiſcopatu adverſarii, obitum, Moguntiam revocatus fuit. Alii igitur Annum 1482. ponunt. conf. Johannis Scriptt. Rer. Mogunt.

2) Stipendium condidit Bertramus, quod Moguntiacum (das Mäyntziſche Stipendium) vocari ſolet, quia ex mente teſtatoris ſtudiis Moguntiæ operari tenentur hoc beneficium percepturi. v. Albin. Chron. Miſn. Tit. 25. p. 677.

VIII.

Occurrunt hoc ævo eruditi aliquot viri, e. c. Henricus Lobinge, ſ. **Laubung**, qui in membranis vocatur S. Romanæ Sedis Protonotarius, Præpoſitus Numburg. Paſt. ad S. Sebald. Norimb. & Cancellarius Saxon. vixit An. 1434. Item Joh. **Magdeburg**. Præpoſitus Numb. & Cancell. Ducum Saxon. qui An. 1452. Lipſiam petens equo dejectus animam efflavit, eorum tamen non extat aliquod ingenii monumentum.

Digitized by Google

IX.

Johannes de 1) *Isenach:* In Matricula Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis Numburg. ad An. 1452. legitur inter Decanos Johannes Iſenhard. Mentionem ipſius fecit Pertuchius. 2) Deſiit circa An 1467. in Feſto S. Thomæ Apoſtoli. Literis conſignavit: Acta & Facta Præſulum Nuenborgenſium 3) ab An. 968. ad An. 1467.

Not.

1) Iſenacum fortaſſis patriam habuit. Complures enim illius ævi viri Celebres a patria traxerunt nomen.

2) In Chron. Portenſ. ed. An. 1612. l. 1. c. 3. p. 147. En! ipſius verba: *Hoc pactum* (inter Johannem XVII. Abb. & Heinricum Mangoldum Canon.) *probarunt & confirmarunt Joh. Magdeburgus, Præpoſ. Johannes Iſenach, Decanus, Eilerus de Rogebuſen, Senior & totum Capitulum Eccleſiæ Numburg.* An. D. 1452.

3) Autorem ſcripti eſſe Johannem huncce ab *Iſenach*, conjicit Chriſt. Franc. Paullini, qui etiam Chronicon illud Syntagmati rerum German. abs ſe ed. Francof. 1698. in 4. inſeruit, atque ab interitu vindicavit. Refert in præfatione, amanuenſem Johannis fuiſſe Caſp. Holtzapffel, Wangenhemenſem, Scholaſticum in Collegio B. Virginis Iſenaci, demortuum Anno 1496. Ab hoc Chronicon accepiſſe Franc. Sixtum, ejusdem Collegii Canonicum ultimum, qui Genero ſuo, Johanni Himmelio, Archi-Diacono Iſenacenſi, tradiderit, a quo utpote proavo, jure hæreditario ad ſe pervenerit. Laudat etiam Scriptum Paullini l. c. atque Chronico Citizenſi, a Paulo Langio exarato, præfert.

X.

Donatus Groſſe, Fribergenſis. Inter Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Numburg. comparet, An. 1509. Decretorum Doctor, atque Andrea Mollero teſte, 1) doctrina ac literis egregie inſtructus. Obiit An. 1536. æt. 72.

Not.

1) Mollerus in Chron. Friberg. P. 1. p. 210. Canonicos Eccleſiæ Fribergenſis enumerans memoriam ipſius ſequentibus commendat: Donatus Groſſe, Decret. Doctor, war zu Freyberg, ſowol auch zu Meiſſen und Naumburg Thum-Herr, und zugleich Fürſtl. Sächſiſ. Rath: Ein fürnehmer, verſuchter und berühmter Mann. Gregorius Bersmannus hat ihm ein Epitaphium geſchrieben, dieſes Inhalts:

Docto-

Digitized by Google

Doctoris clarus titulo atque insignis honore,
Regula cui Graja voce notam tribuit,
Hic tumulum Donatus habet, cognomine gaudens
Illo, quod Macedum facta dedere Duci.
Pulcrum est cognatæ celebrari nomine gentis:
Pulchrius at meritis nomen habere suis.

Ita Bersmannus. Ecce vero Epitaphium aliud, ab ipsius Donati nostri ingenio profectum, quod etiam nunc in Ecclesia cathedrali Numburg. conspicitur:

M. Petrus Weipmansdorff, Jur. Lic. hujus & Freibergens. Ecclesiæ Canon. hic situs est. Quam habuit fortunam & pompam, quæ illi prudentia rerum atque doctrina fuit, ea universa lubens deseruit, ut solus ipse migraret ad Christum. Quod vixit hic, erant anni p. m. L. eripitur autem anno sal. 1531. m. Januar. Donatus Grosse lacrumans posuit.

XI.

Jacobus Dornheim, Naumburgensis. Rector fuit Scholæ Curiensis circa An. 1521. Ex familia Pontana (Germ. Brück vel Brückner) uxorem duxit, cui pari nexu D. Nicol. Medlerus junctus fuit, quem etiam Dornheimio in officio successisse, vero mihi admodum simile videtur. conf. Ludovic. Schul-Histor. P. 2. p. 296.

XII.

M. *Martinus Rothe*, Numburgensis. Cantor primum, deinde Con-Rector in vicino atque illustri Portensi ludo An. 1603. Quis fuerit, quamque fideliter juventutem formaverit, vel ex encomio Pertuchiano apparet, quod extat P. 2. Chron. Port. p. 184. *Ingenii felicitate*, inquit, *& docendi dexteritate satisfecit officio. Phtisi consumtus vitam pie in Christo clausit* An. 1610.

XIII.

M. *Johannes Langer*, Bolckenhayna, 1) Ducatus Svidnicensis in Silesia oppido oriundus, de cujus vita ex professo commentatus est B. Christianus Schlegelius, Goth. An. 1717. in 4. Laurea Magisteriali A. C. 1514. ornatus est in Academia Lipsiensi: Rector etiam declaratus An. 1516. & An. 1517. ab Abbate Vetero Cellensi, Martino, jussu Johannis, Episcopi Numburg. Presbyter creatus. 2)

Digitized by Google

Sed missis his aliisque, ea, quæ ministerium ipsius Numburgense atque merita in puriorem Religionem concernunt, ex commentatione Schlegeliana repetenda cumprimis arbitramur. Ita autem ille:

Non demum tumultuantium rusticorum 3) *tempore An. sc. 1525. sed Anno jam 1521. Lutheri, ut equidem credimus, s. alterius commendatione, ad D. Wenzeslai Ædem Ecclesiastes fuit accersitus. Huc ergo dum advenit, probatur omnibus ac singulis, laudaturque, dum non solum cum omni lenitate Spiritus docet Evangelium, sed & adversarios ejusdem, magne licet autoritatis, debito perstringit* 4) *modo, omni cavens opere, ne cursus Evangelii improborum molitionibus impediatur. Quare cum An. 1521. ex seditiosorum Erfurtensium caterva nonnulli Numburgum se conferrent, & improbitatis suæ in aggrediendis expellendisque Canonicis & Clericis semina & heic lubentissime disseminassent, non solum his, sed & rusticorum seditiosorum furiosorumque attentatis postea ita Anno 1525. animose sese opposuit, ut Reip. salutem non solum servaret integram, sed & summi etiam Evangelii criminatores nihil haberent, quod ipsi possent cum veritate objicere. Restitit & porro omni nisu, dum hic vixit, Sacramentariorum & Anabaptistarum furoribus. Nihilominus tamen fiebat, ut potentiorum contra se, ut fieri communiter assolet, excitaret iram, vires tamen suas haud prius, ac edicto Cæsareo Spiræ promulgato, exerentem. Ad id nunc illico provocans Philippus, Episcopus Freisingensis, & Administrator Episcopatus Numburgensis, in literis ad Senatum Numburgensem jusserat, ut officio removeretur noster Langerus, multa quippe contra veterem doctrinam, prioresque Ecclesiæ ritus hactenus moliens, movensque magis indies, propterea atque etiam ad suum tribunal eundem, ut responderet, citaverat. Intercesserat equidem non solum Senatus cum civibus, sed & ipsum Reverendissimum Capitulum, nihil tamen effectum, sed miser Langerus urbe excedere jussus est. Itaque reliquit urbem, ubi per novennium commoratus erat, sed ita tamen, ut prius omnibus causas sui discessus peculiari scriptione exponeret: factum hoc An. 1529. post Fest. Pentec. Commendatione autem B. Lutheri Coburgum vocatus, tandem Pastoris & Super-*

Superintendentis axiomate ibidem ornatus est. Obiit An. 1548. d. 15. Sept. æt. 63. Scripta quæ posteritati reliquit, extant sequentia:

1. Calendarium Astronomicum fatidicum ab Anno 1500. ad An. 1530. Editionem promisit olim Petr. Lambecius. 5)
2. Ursach der Ler Johannis Langers von Bolckenhayn, die er zu der Naumburg geleret hat an den Bischeff von Frysing und Numburg, geschrieben ym Latein und verdeutschet, daß ein ydermann sehe, warum er seines Prediger-Amts enturlaubet ist worden. Von Ceremonien, Christlichen und der heiligen Kirchen Ordnung, auch von viel andern Stücken ein kurtzer guter Bericht. Wittenb. durch Georg Rhau 1529. in 4.
3. Auslegung des Heil. Vater Unsers durch M. Johann Langer von Bolckenhayn aus H. Göttlicher Schrifft und derselbigen rechtschaffenen Lerern zusammen gelesen, und geprediget auffm Schloß Koburg. 1542, ed. Coburg 1549. in 8.

Not.

1) De hac Langeri patria v. Schlegel. l. c. p. 64.
2) Schlegel. l. c. p. 70.
3) In Bibliotheca Ædis nostræ Wenzesl. sub effigie Langeri in Tabula quadam, Christum crucem suam portantem ante oculos statuente, sequentia leguntur: *Magister Johannes Langer a Bolckenhayn primus non sine persecutione juxta Salvatoris dictum Matth. 16. Si quis vult post me venire, abneget se ipsum, & tollat crucem suam & sequatur me, in hac Ecclesia plantavit Evangelium Jesu Christi ab* An. 1525. *usque in annum* 1529. Sed & hic erraſſe oportet pictorem in annis ministerii exprimendis. Ipse enim Langerus in den Ursachen der Ler p. 241. ed. Schlegel. testatur totidem verbis, se contraivisse seditiosis Erffurtensibus, so nach meiner Zukunfft gen der Numburg geschehen. Venerunt autem Erffurtenses Anno 1521. conf. Luther. T. 1. Epist. 229. p. 327. Fortassis e re erit, ex fastis Numburg. hic quædam excitasse. Constat scil. ex Historia Reform. Lutherum An. 1521. ad Comitia Wormatiensia a Cæsare fuisse accitum. Hunc igitur in itinere, cum seciali Cæsareo huc transeuntem, hospitio excepit Gräslerus t. t. Consul, Senatus vero eum vino Arvisio (ut moris est) donavit, & quidem 23. gross. & 3. numm. pretio constante, quod factum die Mercurii post festum

festum Paschatos. Jam si evolvamus Mathesii conciones de Luthero, mox conc. 3. p. 62. ed. Stieber. sequentia referuntur: Keyser Carl hatt Doctor Luther citirt für seine Majestät gen Wormbs, neben einem freyen Keyserlichen und sichern Geleid, welches geben ist am 6. Mart. im 1521. Jahr, wie hieneben Doct. Luther Caspar Sturm, ein Keyserlicher Herold, zugegeben, der ihn gen Wormbs, und wieder an sein Gewarsahm geleiten solte. Doctor Luther machte sich in Namen GOttes auff den Weg. ⁂ **Ein Priester von der Naumburg**, der sich auf viel Antiquitäten sein Lebelang beflissen, sendet ihm unterwegen des frommen Christlichen Savanorolæ Bildnüß, und vermahnet ihn, er wolle bey der erkanten Wahrheit mit breitem Fuß aushalten, denn sein GOtt werde wieder mit ihm seyn, und fest bey ihm stehen und halten. Quis fuerit iste Sacerdos, Mathesius equidem reticet, Langerum autem innui, si hanc narrationem cum iis, quæ ex Schlegelio modo retulimus, componas, oppido manifestum est.

4) Langerum quosvis adversarios serio & scriptis, & viva, ac (quod in *præcipua tunc viri laude* inter alia posuerunt auditores, causamque mortis etiam nonnulli reputarunt) *sonora admodum voce*, omnique animi contentione propugnasse, ex Schnaussii relatione testatur Schlegel l. c. p. 191. conf. Thomæ Histor. der Evang. Prediger in Coburg. p. 716.

5) An forte idem sit cum Calendario alterius cujusdam Langeri, a Joh. Chr. Thomæ l. c. p. 358. excitato, viderint alii.

XIV.

Ambrosius **Dörffer**, Poligraphus An. 1516. J. U. L. ac tandem Aulæ Vinarienſ. Consiliarius. Viri istius eruditionem rerumque experientiam haud parum enituisse, testatur amicitia, quæ ipsi cum viris ævi sui celeberrimis intercessit. 1) Dignus itaque, cujus memoria hic etiam a nobis custodiatur.

Not.

1) Inter complura Jani Cornarii scripta, extat quoque Ἐπιγραφή universæ rei Medicæ, impressa apud Froben. Basil. 1534. in 4. Exemplo hujus libri (quod ipsemet asservo) donavit etiam Dörfferum nostrum, in cujus frontispicio sequentia leguntur: *Do. Ambrosio Döreffer, amico suo sincero, Janus Cornarius D. D. D.* Quis vero fuerit Cornarius, edisserentem audiamus *Freherum* in Theatr. Vir. Ill. f. 1240. *Omnes*, ait, *suæ ætatis doctrina, & omni literarum genere superavit. Si linguas spectes Græcam atque*

Digitized by Google

atque latinam, in iisdem ita excelluit, ut utramque adolescens viginti annos natus non doceret modo publice, sed & apud Germanos nostros non mediocriter illustraret & excitaret. In majoribus autem & uberioribus artibus etiam versatus est. Cumque nihil praestantius judicaret, quam optimum artis Doctorem, Hippocratem, in lucem revocare, qui supra 2000. annorum desideratus est, quod immensa difficultatis opus a nemine unquam ante ipsum tentatum, atque in transferendo eo Autore perpetuis 15. annis laboravit &c. conf. Albini Meißn. Chron. p. 695.

XV.

Inter illos, quos gradu Academico alma Philyræa olim condecoravit, quidam etiam, *Valentinus Curificis* occurrit, Numburgensis, filius sc. Carpentarii, vero nomine Hertzog alias dicti. De quo videri potest Vogelii Leben Tetzels p. 9.

XVI.

D. *Nicolaus Medlerus*, inter illos referendus, 1) qui circa tempora repurgatæ Religionis eximiis ad illud opus donis instructi, non contemnendum studium puriori Ecclesiæ navarunt. Excellentissimus autem hicce Theologus, cum Ecclesiam ac urbem Numburgensem maximopere sibi obstrinxerit, locum in præsenti nostra recensione separatum suo merito occupat. Patriam habuit Bambergam, aut potius Curiam Variscorum, ubi A. O. R. 1502. in lucem editus est. Cujus sortis conditionisque fuerint, queis vitam debuit, parentes, plane me fugit, quamvis ut id indagarem, nil defugerim 2) studii. Literarum fundamenta posuit in Schola Egrana. 3) Postmodum Wittebergam adiit, tantosque in ista Academia Studiorum progressus fecit, ut Lutherus de eo dicere solitus fuerit: Medlerus est vas plenissimum, quod extracto epistomio effundit omnia cumulatissime. 4) Curiam Variscorum vocatus est annorum 25. juvenis, anno nempe 1527. ad regendam scholam & conciones habendas: 5) quæ officia cum collega M. Caspare Löhnero 6) fidelissime obiit, non tamen absque persecutione. Acerrimus enim veritatis Evangelicæ hostis, Christophorus a Beulvviz, Capitaneus 7) Curiensis, capitali odio utrumque persequebatur. Lutherus equidem peculiari Epistola 8) animum afflictis conatus est addere, sed cedere nihilominus furori

cogebantur ejecti An. 1531. die Margarethæ. 9) Medlerus itaque repetiit Wittebergam, Luthero atque Melanchthone Doctoribus porro usus. Sub quibus etiam tantas omnimodæ eruditionis acceſſiones fecit, ut dignus haberetur, cui Academia non Magiſtri duntaxat, ſed Doctoris etiam Theologi axioma An. 1535. d. 14. Sept. promotore Juſto Jona 10) conferret. Inſequente An. 1536. die Ægidii, procul dubio a Luthero commendatus, Eccleſiæ Numburgenſ. Paſtor & Superintendens 11) conſtitutus eſt. Quo graviſſimo munere ut recte ac omni fide fungeretur, cumprimis in aſſertione & propagatione ſalutaris doctrinæ, nulli unquam pepercit operæ. Primam concionem funebrem in cœmeterio noſtro habuit d. 13. Dec. dicti anni, quæ tum erat dies Mercurii poſt Fer. Concept. Mar. 12) An. 1537. conſcripſit formulam rituum (Kirchen-Agenda) proxima poſt diem Burckardi Dominica promulgatam, a Luthero, Juſto Jona atque Melanchthone probatam, quæ in Curia noſtra cuſtoditur, & magna ex parte adhuc 13) retinetur. A. 1539. cauſam egit cum virgine 14) quadam, Anna dicta. Anno 1541. d. 11. Septemb. Dominica poſt. D. Nativ. Mar. juſſu Electoris Saxoniæ 15) primam concionem Evangelicam in templo cathedrali habuit. Die vero IX. Octob. Paſtorem Buchavienſem 16) Templi hujus Eccleſiaſten conſtituit. An. 1542. d. 20. Jan. actui inaugurali interfuit, quo poſt obitum Philippi, Epiſcopi Friſingenſ. & Numburg. Nicolaus ab Ambsdorff Epiſcopatui Numburgenſi præficiebatur, atque in illo actu ſacra peregit, manusque 17) Amsdorffio impoſuit, ipſe tamen jam antea faſtigio iſto dignus habebatur. 18) Poſt concionem pomeridianam, Anno 1544. Domin. Lætare in templo Cathedrali habitam, quædam in choro auſus eſt, in faſtis MS. 19) relata. Parum ipſi convenit cum M. Georgio Mohr 20) Eccleſiaſte templi cathedralis, cujus contentionis documenta hodie extant in vulgus edita. Anno 1545. diſceſſit Brunſuigam, 21) quorſum jam An. 1543. evocatus fuerat, ubi circa Feſtum Michaelis, in locum Martini Gorolitii, Superintendentis partes adeptus eſt. Difficillimo iſto tempore, cum purior Eccleſia litibus interimiſticis miſerrime turbaretur, vere Theologus fuit, atque

Digitized by Google

atque Interimiſtarum molitionibus omni contentione ſeſe oppoſuit. Anno 1547. poſt luctuoſiſſimam *Joh. Friderici*, Saxoniæ Electoris, cladem, diſſipata Academia Wittebergenſi, conſilio Medleri, Phil. Melanchton, Flacius Illyricus, aliique viri eruditi Brunſuigam ſeceſſerunt, atque in ſchola bonas literas publice 22) profeſſi ſunt: Tandem tamen Brunſuigam etiam reliquit Medlerus, atque An. 1551. circa Dom. Miſer. Dom. Bernburgum ad Wolffgangum, pium Principem Anhaltinum, 23) abiit, qui ipſi Concionatoris aulici provinciam detulerat, quam 18. ſaltem hebdomadum ſpatio exornavit, mortuus eodem anno d. 23. Aug. ſepultus ibi, ſed absque Epitaphio ac monumento.

Conjugium iniit duplici vice. Prius Anno circiter 1528 Poſterius cum Dorothea Pontana ſ. Bruckneria, vidua Erhardi Elbelii, Conſulis, ut ſuſpicor, Curienſis, ſed infelix admodum, 24) quia litigioſa fuit hæc uxor, nec ſatis obſequens. Filios progeneravit M *Samuelem*, (inter feliciſſima ſtudiorum incrementa immatura ætate ex hac vita translatum) *Martinum*, *Nicolaum* & *Joſuam*. 25) Scripſit Medlerus:

1. Prima Rudimenta Rhetorices pro incipientibus, ex Philippo Melanchthone excerpta. An. 1548. in 8. conſt. 6. plag. Magdeburgi Mich. Lother excudebat.
2. Prima Rudimenta computi Eccleſ. An. 1549. in 8.
3. Facillima & exactiſſima ratio extrahendi radicem quadratam & cubicam. Wittenb. An. 1550. in 8.
4. Prima Rudimenta Dialecticæ pro incipientibus, ex recentiore Phil Melanchthonis Dialectica excerpta. Anno 1549. in 8. plag. 5½. recuſa Erford. An. 1559 in 8.
5. Compendium Grammaticæ pro pueris incipientibus ex Grammatica Phil Melanchthonis. Henricopoli An. 1579 in 8. 26)

Epiſtolæ autographæ Jo. Langi, Erffurt. ad Medlerum, & hujus ad Langium, quas a Godofr. Thomaſio B. Schlegelius acceperat, in Ducali Gothana hodie aſſervantur. 27)

Ὑπομνήματα in S. Codicem exaraſſe, antiquum aliquod MS. Chronicon perhibet.

Digitized by Google

Quantopere etiam juvare rem librariam allaboraverit, teſtis eſſe poteſt Bibliotheca Curienſis. 28)

Not.

1) Memoriam ejusmodi virorum ſervare, quantum conferat, oſtendit Cl. Schelhorn. in Amœn. Liter. T. 3. p. 308.

2) Conf. infra N. 10. ubi in Lutheri teſtimonio *Bambergenſis* vocatur. Hinc dubium ſubnaſcitur, an Curia pro vera Medleri patria habenda ſit, quod apud D. Ludovic. perhibetur Schul-Hiſtor. P. 2. p. 323. Expirat tamen omne dubium, ſi conferas dedicationem Dialecticæ Medlerianæ, inferius exhibendam, ubi ipſe Medlerus Curiam, *communem* ſuam *cum Streitbergero* (qui Curienſis fuit, v. Ludovic. l. c. p. 301.) *patriam* vocat. Proinde neſcio, unde factum, quod B. Megalander ipſum Bambergenſem ſcripſerit. Ex amici cujusdam literis An. 1717. d. 19. Jul. datis, de familia Medleriana hæc accepi: Es lebet annoch allhier (zu Hoff) die Wittwe Hr. Kellerſchreiber Medlers. Dieſer iſt eines Beckers Sohn zu Hoff: auch ſind ſein Bruder und deſſen Sohn daſelbſt Becker. Bey der Familie finden ſich keine Brieff-ſchafften &c.

3) M. Joh. Chriſtoph. Weiſs, Rect. Curienſ. edidit Chron. Curienſe, ubi c. de Scholis Curienſ. antiquis p. 316. hæc inter alia refert: Medlerum ſibi Löhnerus adjunxit, qui concionandi uſum habebat (in hoc enim dicendi genere in *Schola Egrana* paulo ante ſe exercuerat) & ex cathedra ſcholaſtica in ſuggeſtum traduxit &c. Floruit Schola Egrana (quod obiter ſubjicio) adhuc An. 1623. Eodem enim anno ibi hæſiſſe Georgium *Knauerum*, Conſulem Numb. meritiſſ. ex concione Funebri a B. Caſp. Bertramo Sen. ipſi habita, didici.

4) Vid. Rethmayer. Braunſchw. Kirchen-Hiſtor. P. 3. c. 6. p. 174.

5) M. Weiſs. l. c. p. 316. concionator factus eſt & ludimoderator. Cum An. 1548. d. 18. Mart. Jo. Streitbergero gubernatio Scholæ Curienſis demandaretur, orationem habuit inauguralem, quæ denuo impreſſa & Chronico cit. An. 1717. ſubjecta eſt, literis Minzel. in 4. In illa de Medlero ſequentem in modum diſſerit p. 20. *Curiam non habuiſſe excellentiorem virum, qui & ſingulari prudentia præditus, conſiliis multum valuerit, & eximia eruditione ac pietate haud parum inclaruerit.* conf. etiam Chron. cit. p. 318. Accenſendus itaque Medlerus eſt illis, qui ex Schola ad altius regimen Eccleſiæ aſcenderunt, quod fecit Cl. Bertram in Lüneb. Kirchen-Hiſtor. p. 206.

6) M.

Digitized by Google

6) M. Jo. Chriſtoph Layriz, Rect. Cur. foras edidit Prodromum Hiſtor. Cur. An. 1687. in 4. In eo, & quidem in programmate de Religione Curienſium, ſequentia de M. Caſp. Löhnero refert: *Excepit An. 1524. M. Joh. Hollerum, auſpiciis Friderici IV. March. Brandeb. Dubio procul ex Lutheri ſcriptis, aut viva forte etiam voce edoctus eſt, quam peſſime Evangelii doctrinam abominationibus ſuis corruperint Papicolæ & defœdarint. Hinc animo jamdum conceptam puriorem & repurgatam fidem publice eſt profeſſus, & pro ſuggeſtu intrepide noſtros majores eam edocuit. Errores Pontificiorum libere taxavit, & Monachorum ordines & Studia, cæteraque humani cerebelli impia phantaſmata firmiter confudit, nec in vanum ejus cecidere ſermones* &c. Uxorem habuit filiam Cunradi Feilſcheri, Conſulis Curienſis, ex qua filium ſuſcepit, *Joſuam* nomine, initio Numburg. Scholæ Collegam, tandem vero Eccleſiæ Altenb. Ephorum. v. Ludov. Schul-Hiſt. P. 4. p. 177. & Weinrichs Henneb. K. und Schul-Staat, p. 486.

7) De Capitaneis ſive Exarchis (Stiffts-Haupt-Leute) qui ab An. 1373. provinciæ Curienſi præfuerunt, Progr. ſcripſit Joh. Henr. Thümmig, primum Con-R. Curienſ. poſtea Paſt. in Emtmansberg, An. 1718. d. 31. Oct. Chriſtoph. vero de Beulwiz, quantum ſeſe Reformationis operi oppoſuerit, teſtatur Widemann in Chron. Curienſ. MS. p. 211. Tandem tamen profugus factus, dignitate, officiis & omnibus bonis, conjuge quoque & liberis arce ejectis, orbatus eſt, eodem ſcriptore referente p. 213. conf Layriz. l. c. p. 57. Weiſſ. l. c. p. 316. Beulwizium ſecutus eſt Wolffgang de Schaumberg, qui Hoſpitale novum extruxit.

8) Extat illa Lutheri Epiſtola in D. Götzii Diſſ. Epiſtol. ad D. Pipping. in Epiced. B. Seligmanni f. 89. & in Ludov. Schul-Hiſtor. P. 2. p. 324.

9) Referente Widemanno in Chron. Cur. MS. p. 211. 213. Layrizio in Prodrom. cit. p. 57. Sed in Epiſtola Lutheri ad preſſos iſtos duumviros modo allegata apud Ludov. l. c. p. 325. extat An. 1529. d. 7. Jun. De *Löhnero* refert Seckendorff. Hiſt. Luth. l. 1. f. 241. ſeq. eum jam An. 1525. dejectum eſſe ex Parochia ad D. Michaëlis. Schlegel. in Vit. Langeri p. 25. (ubi Caſparem Patrem cum filio *Joſua*, mihi ſimul confundere videtur) mandato Wigandi Epiſcopi Bamberg. An. 1524. hoc factum eſſe perhibet. Oelsnitio (quo confugerat ſine dubio) eodem Seckendorffio referente, l. 3. f. 221. b. venit Lipſiam. Numburgo (ubi in templo cathedrali Eccleſiaſtes fuerat) An. 1538. evocatus eſt Nordlingam, ac Superintendentis titulo ornatus, ibique mortuus A. 1545.

Digitized by Google

vid. Seckend. l 3 f. 186. a. Neſcio tamen, qua ratione iſta cohæreant cum Epiſtola B. Lutheri N 235. Collect Nov. D. D. Buddæi, ubi An 1539. d. 22. Sept. Oſchatienſes Lohoerum (dubio procul adhuc in vicinia commorantem) expetiiſſe perhibentur, qui tamen jam anno præcedente Nordlingam abierat. conf. Frenckels Diptych. Oſitienſ. ed. Dresd. 1722. in 8. p. 11. Ludov. Schuls Hiſt. P. 2 p. 298. De Joſua *Löhnero* refert *Freher.* in Theatr. f. 292 pariterque Ludov. l. c. P. 4. p. 177. quod munere ſcholaſtico *Numburgi* functus fuerit, quod A 1555. factum eſſe oportet conf **Weinrichs Henneberg. K. und Schul Staat.** p. 486. Factus tandem eſt Ephorus Eccleſ. Altenb. 1592. ubi † 1595. d. 17. Maji.

10) Factum hoc ſub Decanatu ac præſidio B. Megalandri Lutheri. Socius Medleri fuit D. Hieron. Wellerus. Teſtimonium de iſta gradus in Theologia ſupremi collatione ipſius Lutheri manu exaratum hodiedum extat in Facultatis Theol. Witteberg. Annalibus. Unde eadem Facultas An. 1702. Cenſuræ ſuæ & approbationi recuſis Welleri operibus præfixæ inſeruit, ſequentem in modum conceptum:

> *Anno 1535. ſub Decanatu D. Martini Lutheri, undecima die Septembris reſpondenunt pro Licentia in ſacra Theologia Dn. Hieronymus Weller, Freyberga Miſnicus, & Dn. M. Nicolaus Medler, Bambergenſis, & admiſſi ſunt judicio Dominorum de Facultate. Præſedit D. Martinus Lutherus. Deinde XIV. die Septembr. Exaltationis S. Crucis publico more ſunt promoti, & Doctoralibus titulis inſigniti. Promotor fuit D. Juſtus Jonas: dederunique danda & ſplendidum prandium, idque de bona voluntate.*

Literas tuas, mi in Chriſto frater chariſſime, Vinceslae, grato animo accepi. Admonent enim, adhortantur & confortant me in hoc miſero meo ſtatu, quem tantum in Satanæ & ſuorum ſacrificulorum odium ſuſcepi, ut DEI gloria clarius in orbe terrarum illuceſceret. Longe enim melius, honorificentius & commodius vixi Magdeburgæ, quam hic nunc vivo, ſolo titulo dempto, quo in toto mundo nihil vanius eſt & futilius. Sed quia DEus ſic voluit, ideo ejus voluntas fiat ad gloriam nominis ſui, & mei miſereatur, ut nihil eorum, quæ ſuæ gloriæ contrariantur, committam. *Aratrum illud* nihil timeo, neque Papam aut puppam; quales quales & quanti ſint, DEus illis major eſt. Ille faciat ad gloriam nominis ſui, quæcunque voluerit. Ego ſum lutum ejus, & ipſe eſt figulus. Utinam in meam Magdeburgam me retruderet ad populum Senatumque optimum & ſanctiſſimum, erga Chriſti miniſtros ita affectum, ut in Germania ſimilem civitatem non habeat ipſa, etiam quanta ſit tua Sodoma. Mira & magna de Caroliſtadio ſcripſiſti. Utinam iis commotus pœnitentiam egiſſet, & pie obiiſſet. Quam anxie mortem timebat homo miſer! Puto eum ex iſto ſpectro tantos animi cruciatus & cordis dolores hauſiſſe, ut ipſum occiderent. DEus noſtri miſereatur! Amen. Vale in Chriſto. 21. Aprilis, 1542. in Czeitz.

Poſterior No. 51. p. 160.

Jam diu ſiluiſti, mi optime Vinceslae, & recte; quia & ego ſilui, nec reſpondi ad tuas proximas literas: quamvis ſemper reſpondere volui, mecum crocitans, cras, cras; & ſic tranſierunt dies & menſes. Hoc plane eſt peccatum meum. Nuncii quoque in hoc angulo non occurrunt, nec ego eos quæro. Hinc extractum eſt ſilentium meum, non tamen amico ac fraterno animo in te mutato, quem vetus inter nos conſvetudo olim plantavit, & cum tempore auxit.

Digitized by Google

auxit. Maxime autem, dum Nicolaum Tolantinum, 1) patronum tuum, cum in maximo periculo ambo eſſemus, invocabas, dum equis currentibus fracto curru, de curru eciderunt Vinceslaus & Amsdorffius, ut bene meminiſti. Nec fruſtra invocabas, ſed efficax erat invocatio, & a tuo patrono impetrabat, ne ullum ſentiremus damnum. De comitiis nihil certi audio. A Cæſare, ut dicitur, impetravimus pacem, 2) non autem a Papiſtis. Sed qui pacem & jus æquum hucusque nobis dedit, dabit & deinceps, nolentibus volentibus ſacrificulis. Ii enim Cæſari imponunt, & ita dementant, ut non recte cogitare, multo minus recte facere poſſit. Poſtulatus Mersburgenſis 3) & ejus coadjutor in ſpiritualibus, quomodo tibi placent? Numquid egregium commentum ad fallendum ſacrificulos excogitaverunt principes hujus mundi? Memini de ſcripſiſſe pro filio tuo: ſed profecto ego ipſe pro meis nepotibus ex fratre, pupillis & orphanis nihil adhuc habere potui: adeo omnia ad ſe rapiunt nobiles illi centauri, qui a Principe omnia impetrant. Si Dominus dederit, quod aliquid ad manus meas venerit, & tui recordabor. Rogo te, atque iterum rogo, ut mihi ſignifices judicium tuum de libro Epiſcopi Colonienſis, 4) quomodo tibi ejus ordinatio placeat; de Baptiſmo, de confirmatione, de cœna Domini &c. His incluſis mitto tibi nummum 5) argenteum, atque uxori tuæ unum, quem vocant ein Beut-Pfenning. Superinſcriptio ipſa tibi indicabit, cujus ſit moneta hæc nova. Vale in Chriſto, mi amantiſſime Vinceslae. Czeitz. 28. Jun. 1544.

1) Nicolaus Tolle minas dictus, vixit Sec. XIII. & ab Eugenio III. P. R. divis adſcriptus eſt, ac abſtinentiæ nomine celebratur.
2) Vid. Seckendorff. l. 3. Hiſt. Luth. f. 479.
3) Seck. ibid. f. 497. & Chron. Martisb. in Ludewigs Reliqu. MS. T. 4. p. 475.
4) Seck. l. c. f. 443.
5) Quam ipſe Amsdorffius cudi fecerat, proterviæ propterea ab Henrico Brunſuic. accuſatus. Seckend. l. c. f. 478. & Schmid. de Nummis Numburg. p. 13. Schöttgen l. c. p. 751.

Aliæ adhuc Epiſtolæ abs Amsdorffio ſcriptæ latitant in Bibliotheca Ill. Krafftii. v. Schelhorn. Amœn. liter. T. 3. p. 115.

Lutheri ad Amsdorffium Epiſtolas reperies in *Relatt. Innoc.* & quidem An. 1720. p. 895. 897. 1064. 1066.
An. 1721. p. 8. 10. 11. 175. 562. 871.

Digitized by Google

Accedunt scripta Amsdorffii An. 1713. p. 582.
An. 1718. p. 774.
An. 1722. p. 16.
An. 1725. p. 1059.

Melanchthonis ad Amsdorff. Epist. legitur in Schlegel. Vit. Langeri. p. 215.

conf. Magdeburgisch Jubel-Jahr, a Ministerio Magdeb. An. 1725. ed. in Histor. Vorber. p. 140.

XIX.

Succedat Amsdorffio Julius *Pflugius*, Episcopus Numburg. orbis literati decus singulare ac celebre admodum nomen in Historia Reformationis. Vitam ipsius delinearunt quidem Pantaleon Prosopogr. P. 3. f. 252. ex Sleidano, Seckendorff l. 3. Hist. Luth. f. 389. & 395. Camerar. in Vit. Melancht. p. 204. nov. ed. Relatt. Innoc. An. 1707. p. 421. aliique, justo tamen * Commentario, quod mireris, nemo hucusque exposuit. Nos aliqua saltem commemorabimus.

* Vid. infra Epistola *Cracovii* N. 34. ad P. *Albinum*.

Genealogia Julii Pflugii.

Nicolaus, Eques auratus, der eiserne, Dominus in Knauthayn, Præfect. Legion.

1.	2.	3.
Cæsar: v. Seckend. l. 1. f. 89. Dominus Eytræ.	*Haubold*, Bononiæ studiis incubuit, in tumultu occisus.	*Andreas*, Henrici, D. Sax. Consiliarius.

Julius, Episc. Numb.	*Haubold*. Dn. in Possenstein, Consil. & Præfect. Altenb.	*Andreas*, Dn. in Mausitz & Lübnitz.	*Nicol.* in Hungaria obiit. *Johannes* in Frisia † *Tham.* Ferdinandi Cæs. Consil. sedem in Bohemia fixit.
Cæsar, Dn. in Possenstein.		*Andreas*.	*Valentinus*, Dn. in Knauthayn, qui pagus cessit Ottoni. a Dießkau, post mortem 2. filiorum ἀτέκνων.

Augustus † 1618. cœlebs.	*Cæsar*: Præfect. Legion. Cizæ sepultus.	*Haubold. Heinrich.*

In hac tamen stirpe non comparent Benno, Hieronymus & Asmus Pflugii, quos in testamento noster designavit: Neque etiam

etiam Christophorus, ex fratre nostri pronepos, qui librum de Republ. Germ. recudi fecit 1612. in 4. conf. Histor. Biblioth. Fabric. P. 3. p. 489. Hinc adhuc mihi admodum videtur deficere, conf. Gelehrten-Lexicon, de Damiano Pflugio (L. Schreber. Vit. Fabric. p. 251.

Scripta Pflugii:

Ex recensione Codicis cujusd. vetusti MS. f. 399. ex quo etiam sua habet Ill. Struvius in Histor. und Politischen Archiv. P. 2. p. 333.

1. Explanatio singulorum missæ rituum, lat.
2. Institutio Christiana Ecclesiæ Numb. lat.
3. De Reipublicæ restitutione ad Principes & populum Germaniæ, lat.
   * Liber hic semel atque iterum typis recusus est. v. Ackeri Narrat. Brev. de Julio Pflugio, ed. 1718. in 8. Exemplar, quod mihi ad manus est, hunc gerit titulum: De Republ. Germaniæ s. Imperio constituendo, D. Julii, Episcopi Numburg. Oratio ad Germanos. Ex ipsius Authoris recognitione multo diligentius quam antehac edita. Colon. Apud hæredes Jo. Quentel. 1562. in 4. 13. plag. Insignibus ornatum est Episcopalibus. Perlegit hoc exemplar tum Sigismundus, tum H. F. Mehsch.
4. De Institutione Christiani hominis, lat.
   * Exemplar, quod possideo, apud eosdem hæredes Quentelianos, prodiit, Colon. 1562. atque iisdem Insignibus ornatum est, constat integro Alphab. demta una plag. Librum hunc, in quo Symboli Apostolici, Orationis Domin. Decalogi & Sacramentorum expositio legitur, occasionem fuisse scribendi Interim, Ackerus l. c. ex Rechenbergio refert, qui editionem allegat Colon 1564. in 8. impressam.
5. De vero DEI cultu, lat.
6. Consilium Cæsari datum in causa Religionis, lat.
7. De Sacrificio Missæ, lat.
8. De DEO & Sancta Trinitate, lat.
9. De Reformatione Christiana, lat.
10. Admonitio ad Diœcesales verbi Ministros, lat. & germ.

* Exemplari Germanico Colon. apud hæredes Quentelianos excuſo An. 1562. in 4. plag. 17. ſequens titulus præſcribitur: Chriſtl. Ermanung an des Naumburg. Stiffts Underthanen und Vorwandten, wes ſie ſich bey dem vorgefallenen hochbeſchwerlichem Mißvorſtand in Religions-Sachen halten ſollen, damit ſie den Dingen ihnen ſelbſt zu höchſtem Nachtheil nicht zu viel oder zu wenig thuen. Durch Herrn Julien, Biſchoffen zu Naumburg. Poſſeſſor libri, quem ego poſſideo, folio ultimo hæc allevit: Aus dieſer Biſchoff Julius, hochlöblicher Gedächtnüß, Chriſtlicher Ermanung, iſt anderſt nicht zu ſpüren, den daß ers gut gemeinet, und in vielen zuwieder anderer Papiſten Meinung, recht gehalten habe, und uff den wahren Weg geweſen, derohalber er für ein Mittel unter den Papiſten und Lutheriſchen (daß man Interim zu nennen pfleget) zu judiciren iſt, da er noch in vielen Puncten gentzlich der Papiſtiſchen Opinion iſt, auch vielen manifeſtis erroribus gleich als einen Mantel umhengen will ꝛc. Ipſe liber explanat 19. Articulos fidei. In Art. de Eccleſia ejusque unitate mentem ſuam unitatis amantem aperit, & quidem lit. L. ij. quæ verba in Ackeri brevi narratione paulo immutata repetuntur.

Huic libro ſcriptum aliud appoſuit M. Flacius Illyricus, cujus rubrica eſt: Wieder die Unchriſtliche Vermanungs-Schrifft des Bißthums Naumburg. 1550. v. Ritter. Lebens-Beſchreib. Flacii ed. Franckf. 1725. p. 382. Ackerus l. c. allegat: Antwort auff die Vermanung Julii, gedruckt zu Jena 1554. in 4.

11. De juſtitia & ſalute Chriſtiani hominis, lat.
12. Doctrina de pœnitentia, fide, charitate, lat. & germ. conf. Relatt. Innoc. 1707. p. 357.
13. De creatione Mundi, Lat.
14. De ſchismate ad Germanos Lat.
15. De Lapſu hominis in P. O. Germ.
16. Novum Interim, Germ.

Vid. Blecks dreyfaches Interim ed. Leipz. 1721. in 8. p. 16. & p. 266. ubi Interim Auguſtanum ed. 15. Maj. 1548. repetitur. conf. Lœberi Hiſtor. Eccleſ. Orlamund. p. 38. ubi pariter de Autoribus & ſumma libri Interim diſſerit, & Pfaff. Introd. in Hiſt. Theol. Liter. P. 2. p. 407.

17. Sum-

Digitized by Google

17. Summarium præcipuorum Religionis Christ. autorum, (uti Ackerus legit) ſ. potius Articulorum, Germ.

Sed præter iſta reſtant adhuc:

Libelli ad Ordines Imperii in cauſa Pflugiana emiſſi, apud Hortleder. de Cauſ. bell. Germ. T. 1. l. 5. c. 14.

Oratio in obitum Petri Moſellani, præceptoris ſui, apud Spangenberg. in Adel-Spiegel, P. 2. p. 192.

Epiſtolæ ipſius ſparſim extant inter Epiſtolas Eraſmi: complures ad Camerarium ſcriptas ſervat Bibliotheca Gothana, referente Dn. D. Cypriano in Cl. Viror. Epiſt. 117. e Bibliothecæ Goth. autographis, v. Relatt. Innoc. An. 1714. p. 481. duæ etiam leguntur in Monument. Selectior. Hiſt. Eccleſ. Sec. 16. & 17. ed. Francof. 1725. P. 2. p. 31. *Prior* inter alia ſequentia commemorat, vitam & ſtudia Julii noſtri concernentia: *Voluiſti præterea* (ſcribit ad 1) Heſſum) *ut quam potiſſimum vitæ rationem ſuſcepiſſem, ad te ſcriberem diligenter. De qua nunc breviter. Me aliquandiu in aula fuiſſe, ex Metzlero 2) noſtro te audiſſe arbitror. E qua ut primum ereptus fui, cœpi conſilium, vel huc aut alio, ubi recta ſtudia florerent, migrandi. Quid multa? placuit conſilium parentibus; hi, ut huc me conferrem, ſe velle oſtenderunt. Cum itaque & illis ita videretur, & eam rem rationibus meis utiliſſimam fore intelligerem, huc tandem migravi. Quæris hoc loco, qua mihi nunc ſit ſtudiorum ratio? Juri civili operam dare cogor. Quando Aſſeſſor lectus ſum, in commune iſtud noſtrorum hominum judicium. Hic, inquies, quid ſacerdoti cum judicio? Ego ipſe ſæpe hoc pacto cum meis iſtis. Sed cum oſtenderent illi, unicuique licere ſasque eſſe, id quod ratum & dignum ſit, tueri. Item judicia magnam vim habere ad animos hominum a ſceleribus deterrendos: Satius denique eſſe, hac ratione innocentes ac miſere oppreſſos ſublevare, quam in angulis neſcio quibus deſidere, & ſocordiam pro pietate colere. Quid quæſo facerem? Certe honeſta illorum erat oratio, qua adducebar ego, ut me in numerum Aſſeſſorum legi paterer. Quod tamen munus ſatis otioſum eſt, neque me a cæteris ſtudiis magnopere diſtrahit. Humanitatem etenim*

enim, ut ab ineunte ætate feci, complector. Quin etiam ad Theologiam mihi aditum nunc libere munio. Ea, quas mihi adferet utilitates? Utor in ea re consilio Mosellani, 3) *cujus judicium quanti faciundum sit, haud ignoras. Hæc fere sunt, quæ de vitæ meæ ratione ad te hoc tempore scribere possum &c.* Lipsiæ Non. Jan. An. p. C. N. 1523. T. Julius Pflug. *Posterior* Epist. ad Menzerum de Dialectis Gr. & Ciceroniano Erasmi agit: l. c. p. 34.

Not.

1) de Hesso v. Seckend. Hist. Luth. l. 1. f. 270. fuit Past. Uratisl.

2) Jo. Metzlerus Senator primar. Uratisl. v. Hessi Epistol. ed. Lipsi. 1561. in 8. per Camerar.

3) Petrus Schadæus, cognomento Mosellanus, Græc. L. Prof. in Acad. Lipsi. v. Albin. Chron. Misen. p. 700. 709. Seckend. l. c. l. 1. f 89.

* In præfatione Monumentis Selectior. H. E. sec. 16. & 17. præfixa narratur, quod integrum volumen Epistolarum ad Joh. Hessum & alios datarum, in Bibliotheca Joach. Camerarii extet.

Epicedium Pflugii in obitum Mosellani elegantissimum Seckendorff. adducit l. c. f. 90.

Comment. de *Imitatione oratoria*, inserta nuper Collectioni Autorum, qui istud argumentum occuparunt, a M. *Hallbauero*. Jenæ 1726. in 8.

Testamentum Pflugii

Exhibetur in Cod. MS. supra excitato, unde desumsit Ill. Struvius l. c. conf. Relatt. Innoc. An. 1707. p. 423. Miscell. Lipsi. T. 12. p. 46.

Epitaphium Cizense.

Apud Struvium l. c. Acker. in brev. Narrat. de Jul. Pflugio §. 18. Misc. Lipsi. l. c. Monendum hic, lapides sepulcrales in Ecclesia Colleg. Ciz. ante fores Sacristiæ (quam dicunt) olim positos, effigiem Pflugii exhibentes, An. 1663. esse remotos, exuviis in arctiori sepulcro in choro reconditis. Sepulcrum illud tabula tegitur ex orichalco conflata, insignibus Pflugianis ornata, atque jam olim loco sepulcrali superimposita. conf. Seckendorff. l. 3. Hist. Luth. f. 395.

Aliud vero præter illud Cizense Epitaphium adhuc conspicitur in choro Templi Cathedralis Numburg. nondum, nisi fallor, ab aliis commemoratum. In tabula scil. majori depictus est Pflugius, super cujus caput hocce legitur Apostoli aureolum: *Absit autem mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri*

Digitized by Google

noſtri JEſu Chriſti. Manu tenet librum, cui hoc inſcriptum eſt ſuſpirium: *Miſerere mei DEUS.* Ab altero latere apparet imago JEſu crucifixi, addito Pauli voto: *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto.* Infra tabulam aureis literis exaratum extat hoc Epicedium:

Talis erat vivens Reverendus - - - - olim
Julius Aonii gloria magna chori.
Qui de Pflugorum generoſo ſtemmate natus
Ingenio rexit nobilitatis onus.
Hinc animi propter bona virtutisque nitorem
Cæſaribus charus Principibusque fuit.
Numburgi præſul veteri de more creatus
Principis & meruit nomen habere patris.
Nosque ſuum populum rexit bonitate paterna
Civibus unde ſuis curaque amorque fuit.
Inſuper inſigni flagrans pietatis amore
Pauperibus cunctis largius æra dedit.
Sed tandem gravibus curis confectus & annis
Extremum clauſit cum pietate diem.

Cizii 3. Non. Sept. Anno Domini 1564. æt. ſuæ 65. Jo. Roth. D. & Can. Ciz. F.

Effigies

Cæſaris Pflugii in tabella minuta, noſtri vero a Luca Cranachio picta, ubi reperiatur indicat Ackerus l. c. §. 1. & 19. Oſtenditur etiam in Curia Numburgenſi ad vivum expreſſa.

Antagoniſtæ.

Inter complures alios cumprimis in cauſa Interimiſtica locum etiam occupat Jo. Pollicarius, (de quo v. Seckend. l. 1. Hiſt. Luth. f. 20. it. Gelehrten Lexic.) contra quem cauſam Julii Pflugii egit Fridericus Grünfeld, Theol. Doct. Edidit enim ſcriptum, cui titulus: Antwort, auf Johannis Pollicarii ungegründte und ſchmälliche Schrifften, die er wider den Hochwürdigen Fürſten und Herrn, Herrn Julien, Biſchoffen zur Naumburg, neulich hat ausgehen laſſen durch G. Friedr. Grünfeld, der H. Schrifft Lerern. Cölln. An. 1562. in 4. an 17. Bog.

De Pollicario lit. G. ij. ſequentia refert Grünfeldius: daß Pollicarius verruckter Zeit gefencklich eyngezogen worden, und in die not komen, daß er vom leben zum tod gebracht ſol werden, ſolchs ſoll er niemands andere, dann ime ſelber und ſeiner ehebrecheriſchen Verwirckunge zumeſſen. Daß je aber der Schmidt zu Weiſſenfelß mit den Haren umbher gezogen, hat er

durch ſein unzüchtig geberde, welches er gegen des Schmids Weibe als ein unverſchempter Cynicus gebrauchet, verurſachet. Ob nun Pollicarius aus der Urſachen, und auch, daß er hinder dem truncke (wan er ſeiner holhipperiſcher art nach, die leute ſchmehet) pfleget wohlverdiente maulſchellen eynzunemen, vor einen Merterer ſoll gehalten werden, ſolchs ſtelle ich in eines jeden verſtändigen bedencken.

Epiſtola quædam viri hujus ad Mauritium Sax. El. perſcripta, extat apud Hortlederum de cauſ. bell. Germ. P. 2. l. 16. c. 10. f. 1419. Subſcriptio hæc eſt: M. Jo. Pollicarius, Prediger zu Weiſſenfels An. 1557.

Huc refer ſcriptum Matth. Flacii wider die Unchriſtl. Vermanungs-Schrifft des Bißthums Naumburg. An. 1550. v. Ritteri Leben Flacii p. 582.

Porro Cyr. Spangenberg edidit: Wahre und gewiſſe Contrafey und Abmahlung des gantzen Pabſtthums, geſchrieben zur Antwort wider Jo. Albert und D. Grünfeld. 1564. in 8. v. Leukfeld. Hiſtor. Spangenb. p. 82.

Schutz-Rede oder Antwort auf die Sycophantiſche Calumnien und Schmah-Schrifften, ſo er jüngſt wieder den Hochwürdigen und Hochberühmten Fürſten und Herrn, Herrn JULIEN, Biſch. zur Naumb. hat ausgebreitet durch H. Friedr. Grunfeld, der H. Schrifft Doctorn. Cölln. 1562. in 4. an 8. Bogen.

Conf. Bieck. Dreyfach Interim p. 124.

Pflugii mens Evangelica.

Præprimis etiam apparet ex Epiſtola a Seckendorffio l. 3. Hiſt. Luth. f. 395. indigitata his verbis: *Extant duæ Epiſtolæ, una ad Güntherum a Bünau, Decanum Numb. altera ad Simonem Henrici, vectigalis Cizenſ. Præfectum, in quibus utrumque morbo lethali decumbentem, iis conſolatur verbis, quibus Evangelici doctores uti ſolent.* Nos poſteriorem hic ex MS. ſubjicimus.

Lieber Gleitsman. Es gelanget uns an, was euch zu Beſchwerung in eurem Hauſe jetzo zuſtehet, und wiewohl wir hoffen, der Allmächtige werde euch und den Euren mit Gnaden helffen, ſo tragen wir doch deſſen mit euch ein getreues Mitleiden. Wollet euch ſamt den Euren vor allen Dingen zu GOtt kehren, vor ſeiner Göttlichen Allmacht mit rechter wahrer Buſſe demüthigen, und euch darauff in Glauben ſeiner Barmhertzigkeit und den teuren Verdienſten unſers HErrn JEſu Chriſti befehlen, und darein euren Troſt ſetzen. Denn ein ſolcher Troſt läſt keinen zu ſchanden werden, ſondern gereicht zum ewigen Heil und allen Guten. Neben dem aber wollet euch mit Artzney wohl verwahren, brauchet der Aertzte Rath, und laſſet euch zu keiner Kleinmüthigkeit bewegen, ſondern ſtellet euer

Ver-

Vertrauen zu GOtt, und ruffet ihn an, solches wird euch gut thun. Was auch unser Hauß vermag, soll euch und den Euren gutwillig mitgetheilet werden. Anno 1552.

Julius, Bisch. zu Naumb.

An Simon Heinrichen, Gleitsman zu Zeitz.

Not. Morbus erat pestis lethifera, quæ Henricum invaserat.

XX.

Nicolaus *Krottenschmid*, Jur. D. & Poligraphus Numb. Vir doctus, qui Chronicon Numburg. scripsit, in MS. adhuc latitans An. 1540. In Actis publicis vocatur der Rechten bewehrter Schüler und Stadtschreiber. Epitaphium ipsius comparet in æde S. Wenzeslai Numb. cui hæc subscripta sunt verba:

An 1561. d. 15. Tag Octobr. ist in GOtt selig verschieden der Hochgelarte und Achtbare Nicolas Krottenschmidt, der Rechten Doctor. Der Seelen GOtt gnade!

XXI.

Valentinus *Bavarus* (Beyer) civis, & An. 1533. Senat. Numb. quem literatis ideo jungimus, quia 2. Tomos Rhapsodiarum ex ipsius Lutheri & coævorum ore congessit, Tom. 3. autem intercidisse dicitur. Supereſt MS. in Biblioth. Gothana. v. Cyprian. Catal. Codd. MSS. Bibl. Goth. ed. Lipſ. 1714. in 4. nec non Tenzelii Hiſtor. Bericht von der Reform. p. 146. qui de Bavaro noſtro hæc profert:

Jetzo wird dem geneigten Leſer zu Gefallen, nur das zu unſerm Zweck gehörige Fragmentum dieſer Predigt allhier mit eingerücket, wie es Valentinus Bavarus, ein Bürger zur Naumburg (der im vorigen Seculo, bald nach Lutheri Tode zweene Tomos collectaneorum, meiſtentheils von Sachen die ad Hiſtoriam Lutheraniſmi dienen, oder Rhapſodias de dictis & ſcriptis Lutheri, wie er es nennet, zuſammen geſchrieben, ſo im Originali in der Fürſtl. Bibliothec zu Gotha b. findlich) T. 1. p. 752. extrahiret hatt:

Ich will euch ein Exempel geben, da ich erſtlich ein Mönch ward, da wolte mein Vater auch tolle werden war übel zu frieden, und wolte mirs nicht geſtatten, und ich wolts gleich-

wohl auch mit ſeinem Wiſſen und Willen thun. Da ichs ihm ſchriebe, antwortet er mir ſchrifftlich wieder, und hieß mich DU, zuvor hieß er mich IHR, weil ich Magiſter war, und ſagte mir allen Gunſt und väterlichen Willen gar ab. Da kam eine Peſtilentz, daß ihm zween Söhne ſturben, und kriegte Botſchafft, ich ſolte auch geſtorben ſein, lebe aber noch, ſo lange als GOtt will. Darnach hielten und trieben ſie meinen Vater an, er ſolte auch was Heiliges in ſeine Ehre opffern, daß ich in H. Orden trete und ein Mönch würde. Der Vater hatte viel Bedencken, wolte nicht, biß ſo lange er überredet war, und gab endlich darein einen unwilligen traurigen Willen. Sprach: Es gehe hin, GOtt gebe, daß er wohl gerathe, gleichwohl verwilligt ers nicht gern von freyen und frölichen Hertzen. Es fehlete an einem gantzen Willen. Nun da ich meine erſte Meſſe ſolte halten, und ihm geſchrieben, zu meiner und GOttes Ehre zu erſcheinen, da kömt er geritten mit 20 Pferden ins Kloſter und ſchenckte mir 20 fl. Als wir nun zu Tiſche ſaſſen, da hub ich an in guten kindlichen Vermögen mit ihm zu reden, wolte ihm unrecht, und mir recht geben, daß ich ſagte: Lieber Vater, warum habt ihr euch ſo hart darwieder geſetzt, und waret alſo zornig, daß ihr mich nicht gerne wolter laſſen einen Mönch werden, und vielleicht noch iezo nicht allzu gerne ſehet, iſts doch ſo ein fein geruhſam göttlich Weſen. Da hebt er an vor allen Doctoribus, Magiſtris und andern Herrn: Ihr Gelehrten, habt ihr nicht geleſen in der Schrifft, daß man Vater und Mutter ehren ſoll? Da ich das hörte, erſchrack ich dafür, und verſtummte, daß ich nichts darauff antworten kunte. Solches durffte mein Vater zur ſelbigen Zeit ſagen öffentlich vor jederman, und alſo Schrifft zu Hülffe nehmen. *DEO plus obediendum, quam hominibus:* alſo ſtieſſen ſie GOttes Gebot üm. Da nun andre drein redten, ſagte er weiter: Wolte nur GOtt, daß kein Teuffels-Geſpenſte wäre. Er verwilligte, und muſte ſich überreden laſſen, und ließ geſchehen; aber den Väterlichen Willen, den die Eltern geben ſollen zur Hochzeit und Verlöbnüß, den habe ich nicht gutwillig von ihm können erlangen. Er hat wohl den Willen geben, aber ungern, und war allein ein halber Wille, wenns an ihm hätte ſollen

ſollen liegen, ſo hätte er lieber geſagt, Mein, es gefällt mir nicht. Wie er denn zu verſtehen gab, und ſagte: Ich muß allhier ſern, eſſen und trincken, wolte aber lieber davon ſeyn. Ein ſolcher Wille iſt der Noth-Wille, er iſt ein genöthigter gezwungener Wille, nicht ein frölicher, freyer, väterlicher, förderlicher Wille ꝛc. Concio ipſa, cujus hæc verba fragmentum quaſi ſunt, a B. Megalandro habita eſt An. 1544. d. 20. Jan. Dom. 2. p. Epiph. contra ſponſalia clandeſtina, conf. Anon. Gründl. Reform. Hiſtor. ed. Witteb. 1717. in 8. cum præfat. D. D Wernsdorffii, p. 132. D. Göß. de Reliquiis Luth. p. 19. *Seckendorffius* hunc Bavarum identidem in Hiſtor. Luther. teſtem advocat. v. l. 1. f. 21. 57. l. 3. f. 62 &c. In actis judicialibus & libris feudalibus Curiæ noſtræ hodienum nomen ipſius legitur. An Valentinus Bayerus, qui A. 1615. d. 16. Jun. cum 70. civibus armatis Martisburgum (ubi tum milites recens conſcripti luſtrabantur) profectus eſt, (v. Chron. MS. f. 463.) filius Bavari noſtri fuerit, dicere non habeo.

XXII.

M. Sigismundus *Schorckel*, 1) Numb. Rect. Schol. Cathedral. An. 1543. Hic primum An. 1555. Francofurti typis in 4. exſcribi curavit *Helmoldi*, Presbyteri Boſovienſ. Chronicon, cum præfat. Phil. Melanchthonis. v. von Seelen Select. Liter. p. 574. Non tamen integrum nobis opus exhibuit, quia in MS. quo uſus eſt, Codice multa deſiderabantur. v. *Leibnitz.* T. 2. Rer. Brunſuic. in Introd. f. 51.

Not.

1) *Schorkeliorum* nomen celebre olim apud Numburgenſes fuit. Nicol. *Schorkel*, Conſul, An. 1529. Jo. *Schorkel*, primo ſcriba in judicio Senatus An. 1552. deinceps Conſul † 1576. 15. Febr. Henricus *Schorkel*, Medicus, v. Pertuch. Chron. Port. p. 390. Literas Schorkelii ad M. Henr. *Fabrum* (de quo ſupra N. 17.) ſcriptas v. in *Schlegel.* Vit. Langer. p. 226.

XXIII.

Georgius Lauterbeck, Bavarus, 1) primo ſcriba oppidanus Naumb. An. 1551. poſtea Cancellarius 2) Mansfeldenſ. tandem Conſiliarius Culmbacenſis, 3) † 1578. Autor eſt libri notiſſimi, qui dicitur Regenten-Buch, aliquoties typis 4) evulgati.

Digitized by Google

Not.

1) Vitam Lauterbecii illustrat carmen M. Henr. Brem, Curiens. in imaginem ipsius fusum, atque operi modo dicto præmissum, quod hic subjicio:

En *Lauterbecii* vultus in imagine viva:
En faciem docti mitiaque ora, senis:
Hunc qui conscripsit, magna arte, laboreque multo
Regibus optatum Principibusque librum:
Tradentem veterum facta atque exempla virorum,
Augentem monitis insuper illa novis:
Unde Duces nostri capiant documenta modosque,
Res quibus emendent constituantque suas.
Est urbs in terra Bavorum parva vetusque,
Singinga, hunc nobis edidit illa virum:
Illic *laudatis* est de *genitoribus* ortus,
Doctrinæque hausit semina prima sacræ:
Moribus est illic studiisque imbutus honestis,
Educi pueros qua ratione decet.
Lipsia dein juvenem veneranda excepit *alumnum*,
Atque diu, ut mater, fovit amica sinu.
Artibus hæc illum variis & *honoribus auctum*,
Principibus tandem jussit adesse viris:
Res ut communes, Juris patronus, in *aulis*
Consiliis regeret proveheretque suis.
Id munus gessit multos, cum laudibus, annos,
Sudoris plenum munus & invidiæ.
At quamvis essent multi magnique labores,
Abstrahere a studiis non potuere tamen.
Incubuit libris noctesque diesque legendis,
Sic avidus multæ cognitionis erat:
Interdumque aliquod *scriptum* quoque *condidit* ipse
Divitias promens uberis ingenii.
Inter sed *libros alios*, quos edidit, omnes,
Præstat, & inprimis eminet iste *liber*,
Quem de *regnorum rebus* conscripsit, & *auctum*
Utiliter quem nunc, lector amice, damus.
Tu die autori grates, quicunque labore
Illius frueris, nomen & ejus ama.

2) *Alberti*

Digitized by Google

2) *Alberti* Comitis Mansf. Anno 1542. v. Seckend. Hist. Luther. l. 3. f. 404. & 634. b.

3) *Georgii Friderici*, cui liber dicatus, An. 1567. conf. Hübner. Geneal. Tabb. Tab. 179.

4) Scil. An. 1556. (quo tempore quietam vixisse senectam, præf. libri tradit) 1567. 1581. in fol.

XXIV.

Stephanus *Schirmeister*, Numburgens. de Schola Misenensi, cujus An. 1568. Collega V. fuit, optime meritus. v. *Schreberi* Vit. Fabric. sub fin.

Bartholom. *Schirmeister*, Numb. Reipublicæ Dantisc. ab Epistolis. v. Pertuch. Chron. Port. p. 390.

XXV.

Benedictus *Zinck*, Numburg. Fuit primum Cantor Scholæ Annæberg. Pellectus autem a non nemine in Bohemiam, postea ad Pontificios defecit, atque mox Cladræ, mox Toplicii A. 1564. monachum egit. Adipiscendi beneficii ergo Romam ad Pontificem profectus, redux Abbas constituitur in cœnobio Praheno. (Strohhoff) † An. 1584. v. P. Jenis. Chron. Annæb. c. 20. p. 65. 677. & Wilisch. Incunab. Schol. Annæb. p. 264.

XXVI.

Thomas *Mitis*, Numburg. posteritati conservavit atque collegit elegantissimi ingenii monumenta Bohuslai Hassenstein, Baronis Bohemi, inter primos literarum promotores Sec. 16. numerandi. Testem advoco Cl. Bierlingium, qui de eo in Comment. de Pyrrhon. Histor. p. 112. sequentem in modum scribit: *Prodiit Farrago poëmatum Hassisteynii cum appendice per Thomam Mitem, Nymburgenum, Pragæ* 1570. 8. *cui adjungitur epistolarum ejus appendix, ibidem eodem anno excusa - - - Addo Davidis Chytræi testimonium, quod exstat* p. 207. *poëm. in Epist. ad Thomam Mitem* (interceſſit itaque familiaritas Miti nostro cum magno isto Theologo) 1569. d. 20. Jan. *data: inprimis vero grata nobis & jucunda fuit lectio eruditiss. & dulciss. poëmatum tuorum & scriptorum Bohuslai Hasisteynii &c.* conf. Cl. *Schelhorn.* Amœn. Liter. T. 5. p. 286. nec non

non M. Chriſtoph. *Græfii* Politic. Orient. in Dyota S. ed. Altenb. 1679. in 4. ubi ſub Haſſenſteinio a Lobkovviz ita ſcribit: Opera ejus prodierunt Pragæ 1563. Thoma *Mite* collectore.

XXVII.

D. Georgius *Arnold*, Epiſcopatus Numburg. Cancellarius, Chemnicenſis, JCtus egregius, ex ipſius Seckendorffii ſententia l. 1. Hiſt. Luth. f. 12. Inter Canonicos Numb. occurrit An. 1580. Obiit Anno 1588. d. 1. Octobr. Conſcripſit Vitam Mauritii, Sax. Elect. 1) cujus MS. Lat. poſſidet Ill. Thomaſius. Verſio Germanica adornata eſt Anno 1670. locis tamen quibusdam ſuppreſſis. Prodiit Anno 1719. in 8.

Not.

1) De labore iſto ſequentia commemorat Jo. Gottl. Hornius in Hiſtor. Henrici Illuſtris hoc anno evulgata in Prolegom. p. 9. *Primas inter omnes damus deſcriptioni, quam continuavit de moribus ſuis atque operibus Georg. Arnoldus, Epiſcopatus Numb. Cancell. 1601. exhibitæ primum Chriſtiano II. El. a fratruele, Jo. Georgio Arnoldo, juſſu demum Jo. Georgii II. a Dav. Schirmero* (Bibliothecario Elect.) *1670. Germanice reddita. Hanc ipſam verſionem Gieſſæ 1719. Sam. Weberus, tametſi minus integre, imprimi curavit. Contra ſpem nobis fecit D. Menckenius legendi aliquando eo limatius excuſum exemplar Codicis latini, paucis hucusque viſi, in Corpore Scriptorum Thur. Miſn. & Variſc. ſuo.*

XXVIII.

Petrus Bergman, Numburg. Scholæ Catherianæ in Ducatu Anhaltino Collega An. 1587. Quantum in carminibus pangendis valuerit, vel ſequens Epithalamium dicto anno D. 2. Febr. in honorem nuptiarum Abrahami Ratzii, JCti Numburg. & Marthæ, Nicolai Corneri, Quæſtoris Eccardsbergenſ. filiæ, ſcriptum edocet, quod typis Erfordiæ in 4. excuſum ita fluit:

Militat omnis amans: ſortis non neſcius hujus
Dicit *Abramus* idem: *Militat omnis amans.*
Uſibus edoctus melius ſic credis, honeſto
Eſſe etiam adverſas ſæpe in amore vices.
Has bene qui numeret, citius numerabit arenas,
Aut, vage Sala, tuas, aut, celer Albi tuas.

Hunc

Digitized by Google

Hunc nimis exagitat duræ inclementia matris,
Illam ad cœpta minus mens patris æqua premit.
Pauperis offendunt aliam patrimonia ſponſi:
Clamitat hic, quod ſit conjuge nupta minor.
Credula mutatos animos putat inde puella,
Et vulgi inſidias eſſe, ait: ille proci.
Sunt &, qui generis totius crimen ab uno
Noſſe volunt: una aut nobilitate beant.
At nimis injuſtum eſt, aliena occumbere culpa:
Nemo malus, propria ni levitate malus.
Et miſerum decus eſt, aliorum incumbere famæ:
Ille bonus, propria qui probitate bonus.
Adde, quod Aſmodes, ſacri infenſiſſimus hoſtis
Ordinis, in ſocium concitat arma thorum.
Artibus innumeris ſic oppugnantur amantes,
Et, quo cum certent milite, ſemper habent.
Scilicet adverſis exercita pectora rebus
Ad ſanctas fugiant ut ſtudioſa preces.
Si nihil infeſti vidiſſet amore Tobias,
Nota parum pietas & ſine laude foret.
Sed veluti capta, quam dudum obſederat, urbe,
Dum ſpolia ampla ſuo miles ab hoſte refert,
Jam potitur præda, exoſusque incommoda belli,
Quæ tulit arma, ſuum pace recondit opus:
Sic quoque confiſus precibus, tandem omnia dextro
Numine victor habet, quem ſua ſponſa manet.
Ergo militiæ quia præmia nactus honeſtæ es
Felici optatis utere pace bonis.
Conjugiique author tibi quam fortunat, ob horam
Lætare, & grata ſume *Abrahame* manu:
Urantur pia thura focis, bella impia ceſſent,
Cunctaque jam tædis ſint operata novis.
Lætitiæ ſignis nemus, oppidum & omne reſultet
Quod de glandifero nomina 1) monte tenet.
Et quæ de caſtris vetus urbs es, nomen adepta
(Cerni ex te quondam quæ potuere) novem 2)
Ne ſis dura die quo jungent fœdera dextræ,
Ne ſis dura bono, *patria chara* die.

Nam veluti ſponſi ſtudium nil tale meretur,
Eſt meritus de te ſic potiora, pater.
O fortunata, o niveo ſignanda lapillo,
Quæ cupidos dextris copulat hora duos.
At tu, quæ Venerem facie, ſed moribus illam
Æquas, quæ Tobiæ fœdere juncta fuit,
Legitimum conſcende thorum cum compare docto,
Gaudiaque hæc caſto, ſponſa, timore rege,
Et, Saræ monita exemplo, gratiſſima laudes,
Pro tam ſperato munere redde DEO.
Sic tua perpetuo durabunt fœdera nexu:
Sic longo veſter tempore ſtabit amor.
Macte animis & utroque pio generate parente,
& mihi fraterna cognite *Abrame* fide,
Cui decus & nomen veneranda ſcientia juris,
Conſultum *patriæ* qua cupis eſſe, dedit:
Sume hilares vultus, laxatis pectore curis,
Gaudia, non lites poſtulat iſte dies:
Hoc agnoſe bonum, venientem amplectere ſponſam,
Non Venus hoc poſcit, ſed DEus ipſe jubet.
Magnus amor quamvis, at deſeruiſſe parentes
Præſtat, quam ſocii frangere jura thori.
Aſpice candentes commiſto ſanguine malas,
Emicat ex vultu cum pietate fides,
Et placidi mores, & magna modeſtia greſſus,
Cuncta tibi caſti ſigna pudoris erunt.
Sola ea nubilibus nam dos dicenda puellis,
Si qua pudicitia eſt prædita: Plautus ait.
Plura locuturus: verum jam ſeptima ruſus,
Mox matutinum quæ dabit hora ſonum,
Me vocat, ut munus, quod *vita ſcholaſtica poſcit*,
Exequar, & cæptum rumpere cogit opus.
Vive valeque diu cum ſponſa, & Neſtoris annos
Candida pacatis ocia rebus age.
Interea, ſi forte ætas adverſa parabit,
(Conjugibus ſiquidem crux ſolet eſſe comes,)
Vince prece & cunctos tu contra audentior ito
Caſus, hæc ſummo eſt grata palæſtra DEO.

Not.

Not.

1) *Eccardsbergum* innuit, ab Eccardo I. Miſniæ Marchione extructam. v. Olear. Rer. Thuring. Synt. Cont. p. 8. Paullini Synt. & qu. Chron. Otberg. p. 222.

2) *Numburgum*, patria Bergmanni, quaſi Novemburgum. Novem enim arces, quæ in loco, ubi jam civitas eſt, in unum coaluerunt, nomen ei dediſſe dicunt: Aut, prout alii autumant, 8. arces circumjacentes, quibus nona, ſ. Numburgum acceſſit. Arces iſtæ dictæ: Dornburg, Camburg, die Rudelsburg, Henneburg, Freyburg, ibique in monte, die Neuenburg, Schönburg & in ipſa urbe die Thaynburg. Hæc ex Chron. vetuſto MS. f. 173. & 380.

XXIX.

M. Juſtus Ludovicus *Briſmannus* (Bryschman vel Bürſchman) 1) Triptiſenſis-Variſcus: Rector 2) Scholæ Numb. An. 1551. juxta Ludovic. Schul-Hiſtor. P. 5. p. 149. conf. P. 3. p. 170. vel juxta Zeumer. in Vitt. Proff. Jenenſ. Claſſ. 4. p. 39. An. 1550. Græcæ L. Prof. f. tus eſt in Acad. Jen. An. 1574. vel 1582. v. Zeumer. l. c. † An. 1585. d. 19. Aug.

Formam conſignavit diſciplinæ Scholaſt. A. 1554. quæ correcta & aucta An. 1656. typis excuſa eſt Numburg. in 4.

Not.

1) Arnurum potius dictum eſſe, ſ. Lämmerzohl, Lämmerſchwanz, nonnulli tradunt. v. Dan. Frid. Jani Comm. de Doctoribus umbraticis p. 81. Zeumerus eum vocat: Briſomannum l. c.

2) Hic ille eſt, a quo originem traxit ironicum illud convicium, quod pueris dici conſuevit, qui in ludis literariis adhuc inſtituuntur, dum pro *vulpeculis ſcholaſticis* ſ. Schulfüchſe habentur. Audiamus Janum modo excitatum, qui ita de iſto convicio diſſerit: *Contigit olim Profeſſori cuidam, viro erudito in Acad. Jenenſi, ut, quum more Rectorum in ſcholis (quo officio ante fungebatur) pallium gereret, at, quod eo tempore inſolens erat, pelle vulpina ſuffultum, atque ita in Collegium ambularet, ironice vulpecula ſcholaſtica, Germanice* Schulfuchß, *a nonnullis bonarum artium ſtudioſis vocaretur, ut Wolffg. Heiderus, Prof. Moral. ejusd. Academiæ meminit in Orationibus, quas Jenæ 1614. habuit de Vulpeculis Scholaſticis.* conf. Beyer. Syllab. Prof. Jenenſ. p. 996.

Digitized by Google

Schmidt. Chron. Zwickav. p. 419. *At vero discrimen tenendum est* (pergit Janus) *ne illis odiosum nomen statim adfigatur, qui pallio, more solito, induti incedunt.* Prolixius eadem refert Reimmann. in der Einl. zu der Histor. Liter. l. 2. Sect. 3. p. 26. ubi sequentia leguntur: Es war damals (nemli. gegen Ende des 16ten Seculi) ein glückliches Geburts-Zeichen vor die Schelt-Worte, und finden wir in des Wolffg. Heideri Oratt. duabus de Vulpeculis Scholasticis (die er An. 1614. zu Jena als Prof. Eth. & Polit. gehalten) daß nicht lange vor denselbigen Zeiten die beyden bekannten Schimpff-Worte: Gaſe und Schulfuchs auff daſiger Academie durch dieſe Gelegenheit entſtanden ſeyn. Nemlich, es hatte der alte Erhardus Schnepffius in einer gewiſſen Geſchichte von dem Propheten Eliſa und ſeinem Diener Gehaſi vorgetragen, und ſich bey der Application derſelben dieſer nachfolgenden Formalien bedienet: **Es befinden ſich dergleichen Gehaſi noch itzo gar viel unter den Menſchen, welche ihr zeitlich Intereſſe höher halten als GOtt, als den Glauben, als die wahre Frömmigkeit und das Anſehen derer, welchen ſie in ihrem Wandel billig folgen ſolten; Ach freylich befinden ſich derſelben noch viel. Ich bin ein Gehaſi, du biſt ein Gehaſi, er iſt ein Gehaſi, wir alle mit einander ſind eitel Gehaſi.** Und da er alſo dieſes Wort Gehaſi ſo offt wiederholet, da haben es die damaligen Spötter auffgeſchnappet, und ſich deſſelben in ihren Zuſammenkünfften dergeſtalt bedienet, daß ſie erſtlich alle diejenigen Gehaſi geheiſſen, welche ſich in ihrem Thun und Laſſen nicht recht aufzuführen wuſten, und endlich haben ſie das Wort gar enthauptet, und die Albertiner Haſen genennet. Dahingegen iſt es mit dem Urſprung des Worts **Schulfuchs** dergeſtalt zugegangen. Nemlich es war um das Jahr 1580. ein gewiſſer Rector von der Schulen nach Jena auff die daſige Academie vociret (der Herr Heider hatt l. c. ſeinen Namen nicht genennet, ich muthmaſſe aber aus verſchiedenen Umſtänden, daß es M. Juſtus Ludov. Bryſchman oder Quellman geweſen, von welchem S. Beyeri Syllabum p. 996.) Und weil derſelbige in ſeinem Umgang ein bißgen zur Pedanterie incliniren mochte, und daneben einen Mantel trug, der mit Fuchs-Fellen gefüttert war, ſo gaben ihm die Studenten von ſeiner ehemaligen Station und damaligen innerlichen und äuſſerlichen Habit einen Beyname, und nenneten ihn einen **Schulfuchs**, welches Sprichwort hernachmals mehr genge und gebe worden iſt.

XXX.

Digitized by Google

XXX.

D. Joh. *Streitberger*, Curienſ. Diaconus 1) Eccleſ. Numburg. Anno 1543. a Nicolao Amsdorffio ordinatus. An. 1545. ſecutus eſt 2) Socerum 3) D. Medlerum, Numburgo Brunſuigam diſcedentem. Tandem Paſtor & Superint. Gener. Culmbacenſis. † 1602. d. 10. Apr. æt. 85. Scripta ac merita ipſius enumerat Ludovic. Schul-Hiſt. P. 2. p. 301. conf. Freher. Theatr. Vir. ill. f. 221. & D. Fechts Appar. ad Epiſt. Marbach. N. 28. p. 104. Filius 4) ipſius D. *Aurelius Streitberger*, Numburgenſis, Superint. atque Inſp. Gymnaſ. Curienſis factus An. 1577. † 1612. æt. 69.

Not.

1) Ipſe Streitbergerus in Epiſt. quadam ad Miniſter. Numb. data An. 1587. IX. Cal. Maj. quam Laur. Stiephel. Hymnis ſuis ſub finem adjecit, ita loquitur: *Socius fui laborum Medleri & in Eccleſia & in Schola* (ſc. Numburgenſi) *& mihi jam in animum revoco temporis illius mores, & ſtudiorum hoc in loco agitationem, cum ſeculi illius gubernatores Lutherus & Philippus, diviniſſimi homines adhuc ſuperſtites eſſent: quos ipſos etiam Eccleſiæ & Scholæ Numburg. nomen ſaltem, quoties illud audierint, delectavit &c.*

2) Vid. Miethmayer. Braunſchw. Kirch. Hiſt. P. 3. c. 6. p. 195.

3) Vid. Ludov. Schul-Hiſt. P. 2. p. 284.

4) Sub ipſo Schola Curienſis principalis facta eſt. v. M. Weiß Progr. de Scholæ Curienſ. Antiquitate, quibus ſubjicitur Orat. Streitbergeri lat. in Actu Doctorali Anno 1589. hab. de ſtatu oppidi Curienſ. p. 33. it. Valent. Bavar. Diar. Hiſtor. p. 391.

XXXI.

Sebaſtianus *Hondorff*, Numburgenſis, ſcientia medica inſtructiſſimus. Singulare eſt, quod de eo relatum legi, quod ſcil. cum in Academia Baſileenſi Doctor in arte medica publice eſſet renunciatus mox biduo vix elapſo in ipſo ætatis flore extinctus fuerit An. 1598. d. 28. Aug. æt. 28. Hæc ex Diario quodam MS. f. 71. Antonius Hondorff occurrit apud Pertuch. in Chron. Port. p. 391.

XXXII.

Laurentius *Stiphelius*, Cantor Scholæ ſenat. Numburg. An. 1581. Inter alumnos vicini ludi Portenſ. receptus eſt An. 1573. v.

Digitized by Google

Pertuch. l. c. p. 355. Exemplo Lucæ Loſſii reliquit librum Odarum atque Hymnorum Spiritualium, Jenæ An. 1612. impreſſum in 4. qui maximam partem adhuc in Eccleſia ac Schola retinetur † Anno 1614.

Lubet heic apponere Ænigma ipſius in nuptiis Abrahami Razii (de quo ſupra N. 28.) An. 1587. propoſitum, in quo annus ſponſaliorum denotatur, ita fluens:

Quot ſatus Alemena fertur ſuperaſſe labores
Olim: quotque urbes Phœſtia terra tenet.
Dux errans pelago lato quot perdidit annos
Dulichius: ſtellis quot Lyra curva micat.
Leves aſſumit pſaltes fluvialibus undis
Quot lapides, fundæ cum necat arte Gygen.
Et quot mandibula ſtravit Manoëius heros,
Hoſtes vi ſuperum, ut pagina ſacra refert.
Jonas quot latuit luces delphinis in alvo:
Servatas animas quot tulit arca Nohæ.
Uvæ ſunt quoties collectæ Neſtore vivo:
Nili quot portis in mare currit aqua.
Quotque canunt vates ſpecies habuiſſe Chimæram:
Quot ſolet ignipedes jungere Phœbus equos.
Audaces nautæ Libyco quot in æquore ſyrtes
Præbentes ratibus ſæva pericla, vident.
In quot verſa canes monſtri ſunt inguina Scyllæ:
Eſſe & quot formis dicere Jane facer;
Brachia quot quondam Typhon injecit olympo,
Cœleſti ad Stygias a Jove miſſus aquas.
Cerberus atque canis quot colla latrantia pandit
furva ut tartarei perſonat antra DEI.
Quotque eſt diſtractus Tityus per jugera, cujus
Roſtro rimatur viſcera vultur edax.
Idæ quot celſo nemoroſæ in vertice Divas
conſpexit natus Laometontiade.
Virginis a partu, ſitientis ſub canis ortum
Frugiferas meſſes tot dedit alta ſeges.
Auſpiciis fauſtis Hymenëia gaudia ducit
Ratzius, ut, glaucæ gloria magna Deæ.

XXXIII.

XXXIII.

D. Caſpar Ratzeberger, 1) Numburgenſis, Medicus ſua ætate famigeratiſſimus. † An. 1603. d. 22. Nov. Extat ipſius *Herbarium vivum* MS. An. 1598. exaratum, quatuor Tomis conſtans in Bibliotheca Ducali Gothana.

vid. D. Cypriani Catal. Codd. MSS. Biblioth. Goth. ed. Lipſ. 1714. p. 72.

Not.

1) An filius fuerit Matthiæ ſ. Matthæi Ratzebergeri, Joh. Friderici Saxon. Electoris Medici, dicere non habeo. Conſtat vero, Ratzebergerum iſtum librum conſcripſiſſe de Vita Lutheri, lingua vernacula, qui itidem in Bibliotheca Seren. Principis Gothani MS. reconditur. conf. Seckend. Hiſt. Luth. paſſim: l. 1. f. 20. b. f. 619. a. & f. 635. a. ubi, quod Luthero etiam jam ſeni arte ſua inſervierit, refertur. conf. Bierling. de Pyrrhoniſmo Hiſtor. p. 118.

XXXIV.

Joh. a Cracau in Königsberg, An. 1575. Canonicus, poſtmodum An. 1596. Decanus Eccleſiæ Cathedr. Numburg. † 1606. d. 24. Oct. ſepultus in cœmeterio: & literatus & literatorum Patronus. Exempli loco proferemus epiſtolam commercii literarii, quod ipſi cum Petro Albino, hiſtoriographo celebratiſſimo, interceſſit, teſtem. Ita vero Albinus ad Cracovium:

S. P.

Superiori anno, Magnifice Vir, prolixe veniam petii, & de ſilentii mei diuturnitate cauſam conqueſtus ſum, de tua tamen in me benignitate & manſuetudine nunquam me dubitare ſinebat perſpectiſſimus tuus erga me animus, qui abundantia benevolentiæ ſignificationes tot & coram & literis edidit. Facio tamen quod moris eſt, & iterum peto quaſoque, ut denuo mihi ignoſcatur, quod in officio non fuerim. Sic enim judico, poſſe nos ab amicis jure quodam noſtro poſtulare conſtantiam in tuenda amicitia. Annum eſſe puto, cum non ſcripſi. Sane inter epiſtolas tuas, quæ inter res cariſſimas a me ponuntur, *nullum hoc tempore invenio poſteriorem, quam quæ IX. Sept. ſcripta eſt, cui adjunctum reperi Indicem quendam* Chronici Thuringici, *in Bibliotheca magni illius viri,* Julii, *Præſulis veſtri, repertum. Ex quo colligo, me nodum reſcindiſſe. Remittendus enim erat ille Index. Sed de hu ſatis, ut arbitror. Cum autem*

autem aliquid reſponſi requiratur a me, ab hoc Indice exordiar, quem a Brotuffio *conſignatum eſſe, minime dubito. Solitus eſt ille libris & librorum capitibus ejusmodi titulos præfigere, in quibus ſæpe plus fuit, quam in ipſis tractaminibus. Deinde agnoſco ipſius cantilenas veteres de origine populorum non veras, ſed ex* Crauſio *& aliis fabuloſis (de antiquiſſimis illis rebus loquor) auctoribus. Nam Crauſium non omnino reſello, ſed ejus initia in libris. Remitto igitur nunc Catalogum illum cum actione gratiarum, quemadmodum & pro* veſtrorum Epiſcoporum conſignatione *gratiam habeo, etſi ea, quæ ego ante annos fere decem collegi, multo ſint uberiora, quæ Magnif. Tua aliquando oſtendam. Placet mihi tamen brevitas elegans, qua præcipua complecti videtur, nec dubito, quin facile Catalogum illum augere poſſis. De* Cateloho *hoc addo, cum id ſcire cupias. Vocatur is alicubi Cadulus, a Pirnenſi Cadalus, ab aliis corrupte Adulus, & Adalier, & Adalgus: ab iis, qui nomina Saxonum more germanico abbreviarunt, Caſſo, & Cathulo, & Cathel. Pro Caſſone aliqui ſubſtituerunt Buſſo (cujus nominis præceſſor ejus fuit) cum illud Kaſi & Kaſih non intelligerent. Ex Wallia (qui locus ille ſit, nondum inquiſivi) in Longobardia & Inſubria oriundum fuiſſe annotatur, & Romani palatii Cancellarius alicubi dicitur, & Romæ ſepultus eſſe. Ideo conjecturis noſtris aſtipularer, vocatum eſſe ex Germania in patriam, & fuiſſe illum, qui Parmenſi Eccleſia præfuit, teſte Sigonio: niſi a noſtris annotatum eſſet, obiiſſe A. 1045. quod an verum ſit, ex diplomatum * collatione corrigi poteſt. Indagavi familiam* Hildewardi, *qui IVtus in ordine fuit, &* Guntheri, *qui IIXtus &* Theodorici, *qui Xtus: quod libenter vos cognituros, modo id non ſciatis, arbitror.* Dn. Roſini *Turcica libenter vidi & ago gratias.* Dreſſeri *Chronicon non eſt approbatum ab omnibus, cum multorum annorum numeros habeat falſiſſimos, & Principum vera ſucceſſio ex iis, quæ continet, ſumi non poſſit. Sed placuit tamen* Fabricio, *cujus* Originum libros *edi ab hæredibus ſcribis. Inaudivi & ego aliquid & ſuſpicor, Dreſſerum id ſibi ſumere, ſicut audacior eſt in his, „ quam decet. Puto me ante Nobilit. Tua ſignificaſſe, non pauca eſſe „in illis Originum libris, quæ notatione indigent. Nunquam enim ille diplomata originalia aſpexit. Exempla ſunt ejus* libri rerum Miſnicarum *a Vogelino impreſſi, quorum ſingula pagina mendis aliquot ſcatent. Sed videbimus, quid allaturus ſit Ariſtarchus vel operis evulgator, quicunque is futurus eſt. De vita Fabricii nihil illum novi allaturum, ſed omnia ex* germanicis meis conſignationibus *deſumturum*

certo

§ Adhuc cum An. 1048. vixiſſe, teſtantur diplomata Numburg.

Digitized by Google

certo scio. Quanquam ego post editionem mei Chronici quædam addidi, quæ aliquando etiam prodibunt. Maximi enim, ut me detet, facio Fabricium, *& in colligendis iis, quæ ad vitæ ipsius narrationem ampliorem spectant, cotidie sum occupatus, sed aliquantum infelicius. Nam ii, ex quibus plura intelligere potuissem, mortui jam sunt. Quis* Julii *vestri vitam describere avet? Quis Caroloviciis? Quid de vestris Registraturis, † ut vocant, jam fiat, quæso, grave si non est, scribe.* Wagnerus *non venit ad me, nec ego* scriptum de Sala *a* Frehero *hactenus petere ausus fui.* Reineccium *nostrum die XV. Maji defunctum esse vita, & XIIX. sepulcrum, sine dubio audivistis. Spero, opera ejus integre proditura. Thesaurus eruditionis historicæ cum ipso tumulatus est. Finiam epistolam mentione rerum aliarum, quas in exordio addere debuissem. Valde me afflixit calculus, & is est, qui scriptiones meas hactenus impedit. Morbum eum contraxi intempestivis lucubrationibus, quia sedentarius est. Quod si Magnif. Tua vel aliis apud vos constaret de remedio aliquo, magno me afficeretis beneficio, si mecum communicaretis. Bene valeat Amplit. Tua. D.* Rosinum *meo nomine salutari peto. Cyriacum* Spangenbergium *audio secessisse Argentoratum, vocatum eo a Comite Mansfeldensi, filio ejus, a quo exagitatus est Cyriacus. Iterum vale! D. D. D. brumali, qui Friderici II. Imperatoris obitu insignis est, mense Gvili, ut appellatus est December ab Anglis & Saxonibus, a frigore, ut opinor, & gelu, quasi* Kühl. *An. 1595. Annum propediem ingressurum tibi divinitus fortunari cupio,*

Qui Magnif. Tuam omni fide & officio colit

Petrus Albinus.

P. S. Es ist dieser Befehl, einen Capituls-Unterthanen, ni fallor, so um ein Stipendium gebeten, und dasselbe imploriret, belangend, lange allhie liegen blieben, niemands darnach gefraget. Denselben hab ich dem Herrn zusenden wollen.

Non relegi, peto ut latino aulico barbarescenti ignoscas.

Magnifico juxta Nobilitate generis, reverenda dignitate, erudita doctrina & multis magnisque virtutibus præstantissimo Viro, Domino Joanni a Cracaw, Decano Citizensi, Canonico Misenensi, & Numburgano &c. Domino & amico suo plurimum observando.

* Ex Cl. *Schreberi*, Rect. Schol. Portens. meritissimi, Vita Fabricii illustrari possunt, quæ hic occurrunt de Turcicis Rosini p. 234. de Libb. Origg. p. 157. de Wagnero p. 162. de Vogelino p. 154. de Reineccio p. 310.

† & Citicii & Numburgi.

Reſponſio Cracovii.

Was erſtlich meinen überſchickten Catalogum Epiſcoporum Numb. betrifft, höre ich gern, daß derſelbe dem Herrn nicht mißfält, und daß der Herr uberiora colligiret hatt. Da ich auch den guten Willen bey dem Herrn könte erhalten, daß er mir daſſelbe, was er mehr als ich, hatt, communiciren wolle, will ich freundlich darob gebeten haben, dagegen bin ich erbietig, wen der Herr einsmals eine gantze Stiffts-Chronice will laſſen ausgehen, ihm wieder allerley zu communiciren: Allhier haben wir nichts ſonderlichers mehr, als was man aus den alten Monumentis und Diplomatibus haben kan, welche dan meines Bedunckens gewiſſer iſt, als wen man nur in den Conjecturis hæriret, wie zum Theil Wagnerus und andere thun. (Hæc in margine autographi: Da der Herr wolte mir die familias Hildewardi, Theodori & Guntheri nahmhafftig machen, geſchähe mir daran zu gefallen. Ich habe in meinen überſchickten Catalogo nichts mehr gefunden, den daß der Hildeward ein Büchlein geſchrieben de Inveſtitura Epiſcoporum &c. Sed hæc ſunt levia) D. Fabricii ſel. Origines belangende, iſt es an dem, daß ſeine Hæredes mit der Edition umgehen, es mangelt aber den guten Geſellen am beſten, wie man ſpricht, den ſich kein Verleger finden will, der ihnen etwas dafür wolte pflegen, ich hab ihnen aber treulich gerathen, daß ſie damit nicht eilen, ſondern einem fürnemen Manne das gantze Werck untergeben ſolten, der ſolches nicht allein revidiren, und mit einer Præfation orniren, ſondern auch zu Hoffe licentiam editionis impetriren könte, dazu ich denn zwar erſtlich den Herrn vorgeſchlagen. Dieweil ſie aber vermeinet, daß der Herr dieſe Dinge nicht wohl würde können abwarten, hab ich ihrentwegen Herr D. Reusnerum angeſprochen, welcher ſich den (weil er das Werck geſehen) gutwillig darzu erboten. (in marg. und gefällt dieſem Mann das gantze Werck nicht übel) D. Dreſſerus hatt ſich dieſer Edition niemals wollen unterwinden. (meines Wiſſens iſt er auch niemals darum erſuchet worden) Aber noſter Reineccius ſel. hatt kurtz vor ſeinem Todte an unſern Roſinum geſchrieben, daß er Origines Saxonicas meditire: ob er nun dieſe oder etwas anders gemeinet, kan ich nicht wiſſen. Das Opus an ſich ſelbſt betreffend, kan es wohl ſeyn, daß der fromme ehrliche Mann nicht alles geleſen hatt, was zu einem ſolchen Haupt-Opere gehörig. Ich halte aber dafür (daß er ſine Autore nichts geſchrieben) und daß den Sachen noch wohl zu helffen, den es immer

Schade

Digitized by Google

Schade wäre (wie Herr Christoff von Carlwitz sel. pflegte zu sagen) daß es nicht evulgiret solte werden, und wen solche Bücher solten zurücke bleiben. Er, Herr Christoff, der die Bücher gesehen, auch in L. 7. (in marg. welche ich nach seinem Todte allererst Churfürst Augusto, Hochlöbl. Gedächtnüß, zugeschickt) sua manu dazu allerley notiret, hielt viel davon, rühmete sich auch, daß, sc Autore, Georg. Agricola diese Origines in die Hände genommen, und daß nach seinem Absterben solches Fabricio zu vollenden wär auffgetragen worden. Dazu hätte inn aber fürnemlich beweget der Hertzog von Saphoy und Ferrar fleißiges bey ihm gethanes Anhalten, weil dieselben Ihre Familias von dem Haus Sachsen deducireten. (Bey dieser Gelegenheit hätten diese zweene gelerte Männer, nemlich Agricola und Fabricius, weiter fortgefahren, und die gantzen Origines vor sich genommen zu pertexiren) Kan nun der Herr etwas bey der Sachen thun, nempe, daß die Errata annotiret, und das Opus edirt möchte werden, will ich den Herrn pro suo & meo amore & observantia erga optimum virum hiezu adhortiret und gebeten haben, und sonderlich, daß die armen Erben auch etwas hievon haben möchten. Besorglich ist, wenn diese Bücher bey unsern Zeiten nicht heraus solten kommen, daß nach uns etwa Leute möchten gefunden werden, die dieses alles pro suo venditiren, und die Errata, so vielleicht der Herr findet, nicht groß achten würden. Daß den in Chronico Turcico Drechsleri der Numerus nicht concordiret, kan wohl seyn. Sintemal es auch in Calendario Eberi und anderswo nicht allemal will zutreffen. Aber dieses soll darum die Edition dergleichen Materien (die suo tempore ihren köstlichen Nutz haben) nicht verhindern, weil man meines Bedünckens nichts biß - - - insonderheit die narrationem ex - - - zu tadeln. Was wird mit der Zeit, wenn die Welt noch lange stehen soll, das Calendarium Gregorianum vor Confusiones machen in supputationibus temporum? Es hat mich zu Beförderung der Edition desselben Chronici beweget nicht allein autoritas Fabricii, sondern auch Gerardi Curionis Cœlii, dieweil derselbe solch Chronicon an seine Historiam Saracenicam mit angehenget, auch addito argumento - - - mente approbiret hat. De vita Julii & Carolovicii hab ich wohl etwas in Händen (weil Julius darüber gestorben - - - Ich möchte auch wohl D. Dresserum dißfalls pro interprete leiden, wie er den auch dazu gantz willig ist, sed hæreo intra spem & metum. Der Herr siehet iezo, die geferlichen Judicia, daß auch bißweilen ipsa veritas periclitiret & omnia ra-

piuntur in pessimam partem, derhalben darff ich wohl gutes Raths. Dieweil ich in des Herrn Meißnischen Chronico befinde, daß der Herr darinnen etlicher fürnehmen Meßner gedacht, hab ich auch dißfalls allerley colligiret, welches der Herr mit der Zeit sehen soll. Sonst könte ich Jnen auch, wenn der Herr einmal dasselbe Chronicon wieder wolte lassen ausgehen, über die ∴ Sachen, wie obsteht, noch allerley erinnern, insonderheit aber könte auch unter dem Titel von etlichen Gaben, Schmuck und Zierde des Meißner-Landes commode mit eingebracht werden, den (ut venia tua dixerim) noch wohl etliche mehr Herrlichkeiten seyn, welche GOtt dieser Lande Obrigkeiten verliehen hat: Der Schutz der Hertzogen zu Sachsen über die 3. Fürstl. Reichs-Stifft, Meissen, Merseburg und Naumburg, der Schutz und Erb-Voigtey über das Käyserl. freye Weltl. Stifft Quedlinburg, der Schutz über die Reichs-Städte, Nordhausen und Mülhausen, und vielleicht auch Erffurt, Collationes der Prælaturen, Bestellung und Verleihung des Erb-Marschal-Amts, welches auf den Reichs-Tagen eine hohe Dignität ist, Erb-Vereinigung und Verbrüderung ∴ mit Hessen und vielen benachbarten Fürsten, die Blut-Freundschafft in Italia Saphoy und Ferrar, Befreyung der Appellation, stattliche weite Landschafften und Herrschafften, und in selbigen Ritterdienst, gewaltige Possessiones und Schlösser. So sind unter denen von Adel, so Reichs-Stände seyn, die Hn. von Werther des H. R. Reichs Erb-Thür-Hüter ꝛc. ꝛc. Quam admonitionem nostram pro nostra amicitia in bonam partem accipies. Mit unserer Registratur zu Zeitz ist es ein schlechtes Werck, seint nur gemeine Register und Brieffe, man wolle den noch etwas bessers hoffen können. Mit der Bibliotheca Juliana seint wir fast fertig, do seint gleichwohl noch seine Bücher. Aber geschriebne Materia ist sehr wenig des Orts, ausserhalb seine, des Julii selbst, Commentationes Theologicæ, welche denn auch nicht vollkomlich ist und viel vererbt worden. Daß der Herr mit dem Calculo beladen, gönne ich Jme nicht. Wir haben allhie præsentissimum remedium, daß ist das Naumburgische Bier, wie man denn GOtt lob! zu Naumburg keine Calculosos vel Podagricos hatt. Aber ihr Höffischen seyd zu delicat, dieses Bier zu gebrauchen. Herr Christoff sel. laborirte auch daran, hatte allerley Remedia gebraucht, aber dieses des Camerarii experimentum (davon ich dem Herrn inliegend Abschrifft schicke) war das fürnemste, das brauchte er die Woche einmahl oder zwey. Welches alles ich dem

Herrn

Herrn uff sein Schreiben zur freundlichen Antwort nicht wollen verhalten, freundlich bittend, der Herr wolle alles zum besten verstehen, und mich Ime in seine Freundschafft lassen befohlen seyn, und dem Herrn vermögende freundlich zu dienen bin ich willig. Datum Naumburg * * * *

Noster Dn. Rosinus te officiose & amanter resalutat.

XXXV.

M. Jo. Lindner: 1) Rector Schol. Sen. Numb. ab An. 1578. ad An. 1607. *Hortlederi* præceptor. Ex concione funebri constat, illum in libros quosdam biblicos, atque in Pericopas Evangelicas scripsisse: *Gymnasium S.* quod tamen lucem non vidit.

Not.

1) Jacobus Lindner, Mitweidens. qui primum Rector fuit Portensis, postea Consul Numb. An frater fuerit nostri, non constat. v. Pertuch. Chron. Port. P. 2. p. 167. Apud Rev. Wilischium in Incunab. Schol. Annæb. p. 94. numerum explet eorum, *qui ex Scholarum umbra ad curiam abierunt:* quibus adjicerem M. Adam. *Thalman*, ap. Paullin. Annal. Isen. p. 212. † Lindnerus An. 1606. d. 5. Apr.

XXXVI.

Christophorus Pierer, Numburg. nat. An. 1569. Pastor primum Weisbacens. non procul Schneeberga An. 1606. postea dictæ urbis Diaconus. Hemiplexia in cathedra exomologetica tactus † 1644. d. 18. Octobr. v. Meltzers Schneeberg. Chron. p. 326. Merita Piererorum de urbe ac curia Numburg. in Annalibus servantur.

XXXVII.

Wolffgang *Figulus*, s. Töpffer, Numburganus. Hymnos S. atque Scholasticos cum melodiis & numeris Musicis in Schola Misenensi composuit, quos gener ipsius, M. Fridericus Birck, Collegio ad Muldam illustri (Grimma) a Cantionibus, collegit & auxit, postea vero luci publicæ exposuit Lips. An. 1604. in 8. In libelli hujus dedicatione Anno 1594. scripta, atque Haynensis Scholæ Rectori dicata, Georg. Fabricium atque Matth. Dresserum hymnos istos approbasse, pluribus asseritur.

Digitized by Google

XXXVIII.

M. Joh. *Siderus*, Witteberg. Fuit primo Diaconus 1) Regiomonti in nova Marchia Brandeb. An. 1563. postea Cizæ, porro Ecclesiastes templi Cathedr. Numburg. An. 1565. tandem An. 1567. Past. Primarius. Interfuit Visitationi hujus Episcopatus An. 1572. Cedere coactus est Crypto-Calvinianis An. 1591. mox tamen restitutus. † An. 1611. ætatis 77. sepultus 2) in æde Wenzeslaitana. Latent penes me ipsius *Meditationes* MS. lat. in Epist ad Galat. Anno 1577. exaratæ.

Not.

1) Vid. Gundlings Brandeburg. Atlas p. 275.

2) Epitaphium sequens cum ipsius effigie in dicta æde cernitur:

Rev. & Clar. Vir. D. M. Johannes Siderus, Eccles. hujus quondam Past. Primar. qui in Domino placide denatus est A. C. 1611. ætatis suæ 77.

Hæc sibi, quæ cernis, vivus monumenta locavit
Siderus meritis & pietate clarus.
Si spectas *patriam*, defunctus jure superbit:
Hunc etenim genuit Leucoris alma virum.
Leucoris heroo tam decantata Luthero,
Nota sit, ut superis antipodumque plagis.
Præfuit huic templo per lustra fideliter octo,
Officio fungens non sine laude suo.
Vir pietatis amans, pacis studiosus & omnis
Virtutis raræ vivus imago fuit.
Primi *conjugii* tantum duo pignora vidit,
Quæ beat ætherea prosperitate DEus.
Hunc nec conjugii spes est frustrata secundi:
Seu spectes sociam, pignora sive thori.
Tres nati, natæ quoque tres cum patre quiescunt:
Vivunt cum nata filius & vidua.
Ecce bonis tantis Dominus felicitat illum
Qui timet in vera religione DEum.
Vos qui transitis, Lectores suspirantes,
Dicite: *Sideri* molliter ossa cubent.

Antecessori B. faciebat S. N. C. B.

Epita-

Digitized by Google

* * *

Epitaphium piæ & honeſtæ matronæ Margarethæ, uxoris R. D. M. Joannis *Sideri*, Paſtoris hujus Eccleſiæ, quæ placide in Chriſto obdormiit XXII. Aug. A. M. D. LXXXIII.

Hæc mihi Margaridi coſtæ monumenta maritus
Siderus vero motus amore locat.
Cum quo ter ſeptem vixi concorditer annos
Atque unum, pariens pignora cara duo.
Patria grata fuit mea *mons* mihi *regius* inter
Urbis Marchiaci nobilis una ſoli.
Functus *Eraſmus* ubi genitos prætore *Neander*
Præclaræ magno laudis honore fuit.
Tandem cum crebro graviter vexarer abortu,
Unde mihi tabes conciliata fuit.
In patriam rediens matri reliquisque propinquis
Poſtremum poſſem dicere, ut ipſa, vale:
Corporis exuvias ibi me deponere juſſit
Mors, mihi quæ lucrum, Chriſtus at ipſa ſalus.
Sic mihi quæ tellus vitales præbuit auras,
Nunc etiam præbet funeris ipſa locum.

Joannes *Siderus*, filiolus primogenitus M. Joannis *Sideri*, tum temporis Diaconi Regiomontani, moritur ibidem infans & lactens 22. Aprilis, Anno 1565.

C. A. I. D. Q.

XXIX.

M. Jacobus Jungbanß, Numburg. Con-Rector Scholæ Altenburg. An. 1617. poſtea Eccleſiæ Schmöllenſis Diaconus A. 1625. v. Ludovic. Schul-Hiſtor. P. 4. p. 249.

XL.

Johannes *Roſinus* (alias Roßfeld) Iſenacenſ. filius 1) M. Bartholomæi *Roſini*. A prima pueritia in celebribus 2) aliquot Scholis inſtitutus eſt: poſtea Jenenſem Academiam adiit, ſedulus ibi M. Jo. 3) Roſæ auditor. Factus eſt An. 1579. Pro-Rector 4) Scholæ Ratisbonenſ. porro ad parochiam Wickerſtadienſem vocatus in Ducatu Vinarienſi, tandem ab ipſo *Friderico Wilhelmo*, Electo-

ratus

Digitized by Google

ratus Saxonici Administratore, Rev. Capitulo Numburgensi commendatus, An. 1592. d. 30. Jan. Ecclesiastes 5) templi cathedralis constitutus. † tempore pestis 6) An. 1626. d. 7. Oct. æt. 66. in Asyli cœmeterio sepultus. Scripsit:

1. Antiquitates Romanas. 7)
2. Exempla pietatis illustris, seu Vitas 8) trium Saxoniæ Electorum, *Friderici* Sap. *Johannis* Constantis, & *Joh. Friderici:* Jen. 1602. in 4.
3. Chronicon 9) Turcicum (a Wolffg. *Drechslero* compositum) auxit atque emendavit: 1594. in 8.

Not.

1) Vid. Dedic. l. 7. Antiqq. Falso a *Serpilio* in præf. B. *Kindervateri* Northusæ illustri præfixa N. 4. vocatur Isenacensis; fuit enim Pesnicensis Varisicus: Rector primus, deinde Diaconus Isenacensis An. 1551. v. *Paullini* Annal. Isenac. in Syntagm. p. 153. porro Superint. Vinar. An. 1559. ibid. p. 182. Tandem An. 1574. 16. Maj. a Crypto-Calvin. & Strigelianis pulsus Superint. Ratisbonens. † 1586. 17. Dec. v. *Serpil.* l. c. Hospitium exuli præbuit Stolberga. v. Zeitfuchs. Stolberg. Histor. p. 134. conf. Kindervater. l. c. p. 162.

2) Vid. Dedic. cit.

3) De Joh. *Rosa* videndus *Fabricius* in Bibliograph. Antiq. c. 20. p. 609. nec non *Zeumerus* in Vitt. Prof. Jenens. Class. 1. p. 26. & Noster in Dedic. l. 8.

4) Vid. Dedic. l. 6. Antiqq.

5) *Fabricius* l. c. paulo obscurius Pastorem Numburgens. vocat.

6) Errat *Paullini* l. c. p. 235. annum emortualem ponens 1619. quem sequitur *Fabric.* l. c. nec non *Clarmund.* in Vitt. P. 5. p. 166.

7) Editæ cum additionibus *Dempsteri*, Basil. 1583. in 4. & 1585. in fol. recusæ Lugd. Bat. 1609. in 4. & cura Andr. *Schotti* cum ejusd. Electis Colon. 1645. in 4. v. *Fabric.* l. c. p. 58. Scæva de iis judicia tulerunt *Kippingius* præprimis & *Reinesius*, meliora & saniora Er. *Schmid.* & *Dempster.* apud *Paullin.* l. c. p. 235. & Fabric. l. c. p. 57.

8) Inter rariores libros Vitæ illæ referuntur a *Junckero* in G. und S. Ehren-Ged. Luth. p. 439. & *Schelhorn.* in Amœn. Liter. T. 5. p. 270.

9) Vid. superius literas *Cracovii* & *Albini* sub N. 34. Prostat alias: Wolffg. *Drechsleri* Chron. Sarac. & Turc. a G. *Fabric.* & Jo. *Rosino* auctum

auctum, & emendatum tandem a Joh. *Reiskio*, accedit J. A. *Bosii* diſſ. de Imperio Turcico. Lipſ. 1689. in 8.

De jactura Bibliothecæ *Roſini* noſtri, quam M. Wolffg. Eylenberg. Memlebiam tranſtulerat, v. *Ludovic.* Schul-Hiſtor. P. 3. p. 216.

Familia Roſini.

Bartholomæus. *Theodoricus*, quem falſo *Serpil.* l. c. filium Bartholomæi vocat, v. Dedic. l. 6. Antiqq.

1.	2.	3.	4.	5.	6.
Bartholomæus, cujus elogium extat, Antiquitatibus præfixum.	Johannes.	Petrus.	Chriſtoph.	Abraham.	Joachimus, immatura morte extinctus. Refert noſter in Dedic. l. 10. Antiq. ipſum a M. Matthia *Bergio*, Rect. Schol. Catharinianæ Brunſuic. An. 1580. inſtitutum, ac filii loco habitum fuiſſe.

1.	2.
M. *Bartholomæus*, Con-R. Ciz. An. 1603. d. 13. Jul. † 1611. d. 14. Sept. conf. *Pertuch.* Chron. Port. P. 2. p. 396. & *Ludov.* Schul-Hiſtor. P. 3. p. 215.	Johannes.

Johannem *Roſinum* juniorem Hiſtoriam Numburgenſem, patre adhuc vivo, meditatum eſſe, vel ſequentes teſtari poterunt literæ:

S.

Annus agitur 1) tertius, Rev. Nob. atque Magnif. Dn. Decane, quo dira peſtis, DEO ita permittente, urbem hanc noſtram ſatis funeſtam redderet, incolas autem ob id triſtiores, quoniam nemo præſciebat, quem ſibi, quem ſuis fata finem datura eſſent. Tunc temporis ego apud *ſuaviſſimos parentes* degens ad ſollicitas animi perculſi cogitationes depellendas, hiſtoricos pervolvi plurimos, MStos, impreſſos, veteres, recentiores, exteros, domeſticos; maxime autem illos, qui patrias res præ cæteris diligentiores pertractarent. Verum ne horas & operas iisdem perlegendis inutiliter perderem, ſed aliquid demum commodi inde perciperem, cœpi ego majori induſtria notare ea atque colligere, quæ de loci hujus ac vicini territorii antiqua forma, priſca gente, dominis, rebusque geſtis, & aliis antiquitatibus offenderem non vulgaria: hæc autem omnia hucusque diſperſim in ſchedis neglecta jacuerunt. Nunc cum aſpera me hyems preſſit, atque ſtudia mea magis ſeria gravitate ſua interturbavit penitus, in animo habui, ea, quæcunque illa eſſent, in manus reſumere, expolire, ſuo quæque loco tribuere atque, in quadruplicem

 formam

1) Conſtat ex Annalibus Anno 1607. ultra 2000. hominum fuiſſe conſumtos.

formam (quam præsens Sciagraphia exhibet) redigere, picturisque nonnullis, hanc ad rem facientibus, ea exornare, & qua possem diligentia ac brevitate singula hæc dare bono publico, præsertim cum hactenus nullum pene, qui peræque id, quid peræque? cum prorsus neminem, qui urbem hanc describsisset, ipsiusve incrementa atque infortunia peculiari intentione enarrasset, hucusque nec viderim, nec intellexerim a quovis homine. Cum autem ad stabiliendam fidem historicam specialiora quædam & singularia requirantur, quæ ex solis veteribus literis, privilegiis, contractibus haberi possunt omnium certissima, ecce, Rev. atque Nob. Tuam Magnif. hasce per literas adeo, auxilium a Rev. atque Nob. T. Magnif. efflagitans, subsidiaque literaria ad propositum meum invocans. Tua etenim Rev. atque Nob. Magnif. hac in parte mihi erit instar omnium. Cujus animum si in vota mea promtum & liberalem sensero, alacrior cœpta mea persequar, majorique diligentia illa ut tractem, incitabor. Adnue igitur, Rev. Nob. atque Magnif. Vir, magneque mihi Mecænas, adnue inquam, & fave meis conatibus, ut Rev. atque Nob. Magn. Tuæ auspicio ejusdemque permissu & auxilio, conceptus hic fœtus meus firmior atque vegetior vitales auras hauriat, forsitan & inde eveniet, ut seri Te canant posteri. Quod reliquum est, non modo sancte promittam, sed & sanctissime illud servabo, me sc. præter historica & fundamenta chronologica, nihil excerpturum, inve meos usus inde desumturum: & si quæ arcana offendero, tacita fide illa prætergressurum. Perfecto denique labore, & ad ultimam, quod dicitur, limam usque perducto, me omnia prius, qualiacunque sint, judicio, arbitrio & censuræ Rev. atque Ampl. Capituli subjecturum, quo minus uniuscujusque offensam aliquam incurram, ac præter ejusdem Rev. atque Ampl. S. Senatus placitum atque consensum nihil quidquam proferam. Vale Rev. Nob. atque Magnif. Domine Decane, & Te facilem præbe meis precibus. Dabantur VIII. Cal. Mart. Anno salutis nostræ cIↃ IↃC X.

Rev. atque Nob. Magnif. Tuæ

devotus atque humillimus Cliens

Jo. Rosinus, jun.

Rev. Nob. atque Magnif. Domino, Heinrico a Gleissenthal, cathedralis Ecclesiæ apud Numburgenses Decano, Canonico Martisburgensi, & Ill. Principis ac Dn. Joh. Georgii, Duc. Sax. Consiliario &c.

Domino & Mecænati suo omni observantiæ cultu honorando &c.

** Impetravit quædam Diplomata *Rosinus* An. 1610. d. 17. Jul. sed an opus hoc unquam ab ipso perfectum fuerit, merito dubito.

XLI.

Digitized by Google

XLI.

Johannes *Gruberus*, Numburg. Paſtor fuit in pago Sachſenhauſen. Edidit conciones 8. in ſeptem verba Chriſti patientis, Jen. 1608. in 4.

XLII.

M. Sixtus Braun (Bruno vel Brunus) 1) Dœbelenſ. Hæreditarius 2) in Groſſen-Jena, atque An. 1586. Poligraphus, deinceps An. 1595. Conſul Numburgenſis, de urbe, 3) Eccleſia & Republ. Numb. meritiſſimus † 1614. d. 21. Jul. In lucem edidit:

Leonardi 4) *Bruni*, dicti *Aretini*, Hiſtoriam Florent. l. 12. conſtantem, & quidem ex MSS. autographis Palatinis, Argentor. An. 1610. in fol. v. Epiſtolas *Aretini*, a *Fabricio* An. 1724. Hamburgi publicatas, & quidem Julii *Nigri* Hiſtoriam Scriptorum Florentinorum, libello præfixam plag. c. 4.

Not.

1) Ubi tum Parens ipſius M. Valentinus Braun An. 1546. Paſtor fuit, (poſtea Super. Wurzenſ. An. 1560.) Fratres habuit *Johannem*, ærarii Eccleſ. Wurzenſ. præfectum, D. Chriſtophorum, hæreditarium in Groß-Peßna & P. P. Medic. Lipſ. & M. Valentinum, primo An. 1579. Paſtorem Mügelenſ. deinde Superint. Leiſnic. An. 1593. v. Schöttgen. Wurtzen. Chron. p. 297.

2) Ab Imperatore R. nobilitate donatum fuiſſe Sixtum noſtrum, Cl. Schöttgenius l. c. tradit his verbis: Sixtus Bruno iſt nebſt allen ſeinen Brüdern und Nachkommen vom Kayſer in den Adel-Stand erhoben wurden, und ſind von dieſem Geſchlecht noch heutiges Tages verſchiedene vorhanden, p. 298. Factum hoc eſt An. 1613. v. *Zeumer.* Vitas Prof. Jen. Claſſ. 3. p. 60. ubi, quod Senatui Numburg. Jus Patronatus conciliaverit, ſimul legitur.

3) Præfectus fuit ærarii Eccleſ. teſtante adhuc campana, in ſuperiori turris parte pendula.

4) Allectus forte ad iſtum laborem propter autorem ſibi ὁμώνυμον.

XLIII.

M. Elias *Janus*, Numburg. Diaconatum obiit in templo SS. Petr. & Paul. Franckenberg. Goslariæ An. 1615. ad forenſe templum poſtea promotus. v. *Heinecc.* Catal. Paſtor. Goslar. qui comparet in Antiquitt. Goslar. l. 6. f. 465.

Digitized by Google

XLIV.

D. Joh. *Winter*, Numburg. Filius M. Bernhardi, ad D. Wenzesl. Diaconi, peste A. 1598. (quo tempore alumnus adhuc erat Scholæ 1) Portens.) extincti, & Mariæ Grauliæ. Fuit primo Diaconus templi cathedral. Magdeb. An. 1617. postea Past. & Super. Torgav. An. 1627. Doctoris titulo ornatus ab Academia Lips. An. 1628. † An. 1629. ætatis 43. cum paulo ante in suggestu apoplexia tactus esset. 2) Scripsit:

Scholam Tentationis Paulinam, quæ german. prodiit Magdeb. An. 1621. in 4. Quatuor sc. juxta ductum c. IIX. Epistolæ Pauli ad Rom. constituit tentationum genera, 1. de indignitate atque infirmitate nostra, 2. de cruce ac calamitate, misere nos affligente, 3. de prædestinatione, 4. de perseverantia: quas omnes non contemnenda opera solvit, & Textum ipsum Apostoli egregie illustrat.

Not.

1) Vid. Pertuch. Chron. Port. P. 2. p. 179. 393.
2) Vid. Freher. Theatr. Clar. Vir. f. 444. b.

XLV.

D. Martinus *Thime*, Numburg. Chymicus eximius, & Physicus Vinarienſis, gradu Doctoris condecoratus Jenæ An. 1632.

XLVI.

M. Philipp. Jacob. Lindner, 1) Johannis filius: 2) ad Div. Wencesl. Diac. cujus prostant:

Suspiria Christianorum, in Cant. Ambrosii: *Veni Redemtor gentium*, Jen. 1617. in 8.

† Anno 1636. 2. Jul. ætatis 51.

Not.

1) Aliquot apud Pertuchium offenduntur Lindneri, cumprimis *Wolffgangus*. v. Chron. Port. P. 2. p. 392. nec non *Jacobus*, Mitweidensis: qui primo Rector fuit Scholæ Portensis, postea Consul Numburg. v. ib. p. 167. Rev. *Wilschius* in Incunab. Schol. Annæb. p. 94. complures enumerat, qui ex Scholarum umbra ad curiam abierunt, quibus etiam hunc Jacobum accenset. Adjicerem ego quoque M. Adamum *Thalman*, apud *Paullin.* in Annal. Isen. p. 212.
2) Vid. supra N. 35.

XLVI.

Digitized by Google

XLVII.

M. Andreas *Schubart*, Numburg. primo Paſtor in pago Etla, deinceps in Noſodochio Halenſ. ad SS. Cyriac. & Anton. A. 1629. præmature † 1637. d. 27. Aug. v. *Heinecc.* præf. Hiſtor. ſuper das hundertjährige Denckmahl der Reformation p. 89.

XLIIX.

M. Fridericus *Volimhuſius*: Paſtor primo Portenſis An. 1586. poſtea Diac. ad D. Wenzesl. Numb. An. 1592. † 1593. d. 23. Febr. De quo Pertuchius in Chron. Port. P. 2. p. 182. hæc affert: *Paſtor gravis, doctrina & morum elegantia commendandus. Ab ampliſſ. Numburgenſium Senatu ad Diaconatus munus ſubeundum vocatus, in ipſo aditu diem obiit ſuum.* Accenſendus eruditis, quibus malæ obtingunt mulieres. Hoc enim ipſius fatum in Calendario quodam veteri MS. ad d. 23. Febr. annotatur ſequentibus: An. 1593. ſtarb der Ehrwürdige Mag. Friedrich VollJmHauß, Diaconus allhier, als er 14. Wochen eine junge Dirn gehabt, die ihn ungern gehabt, und iſt zuvor 6. Jar in der Schul Pforta Pfarrherr geweſt, Sie hat hernach D. Lazarum - Martinum genohmen, aus Heſſen, von Marburg. Hunc tamen in Catalogo eruditorum a Cl. *Winckelmanno*, deſcriptioni Haſſiæ P. 2. l. 7. f. 455. inſerto, reperire non potui.

XLIX.

M. Joh. Bürger, Numb. An. 1581. literarum tyrocinia poſuit in Schola Portenſi, v. *Pertuch.* Chron. P. 2. p. 391. Diaconus Eccleſiæ Numb. factus eſt An. 1597. poſtea quoque Archi-Diaconus. καλλίγραφος cum paucis comparandus, quod MS. quædam mira elegantia exarata, atque in Bibliotheca ædis Wenzesl. aſſervata teſtantur. † 1617. Scripſit lingua vernacula:

Manuale de præparatione ad mortem, publice impreſſum Lipſ. An. 1624. in 8. curante ipſius genero, M. Marco *Jenike*, Paſt. in Mertendorff, cujus in Dedicatione inter alia de *Bürgero* hæc ſunt verba: Er iſt in ſeinem 20jährigen Diaconat, bevoraus aber in den bewuſten dreyen Haupt-ſterben manchem ſeiner frommen Zuhörer mit GOttes Wort treulichen zu

Digitized by Google

Hülffe kommen, und sie zu einen sel. Sterbstündlein bereit und geschickt gemacht, hat auch sonsten bey ihnen grosse Noth und Lebens-Gefahr ausgestanden ... Bey solchen elenden Zustande, welchen er damals mit leiblichen Augen angeschauet, ist er aus Eingeben GOttes des H. Geistes bewogen worden, seinen lieben Zuhörern ein Disce mori zu stellen, indem er nicht allein schöne Gebete colligiret, sondern auch selbst durch des H. Geistes Beystand gestellet, zu den meisten eine gewisse Melodey der Lutherischen Kirchen-Gesänge unterzeichnet, vor den Gebeten bequeme Sprüche beydes aus GOttes Wort als der H. Kirchen-Lehrer Voluminibus decerpiret, auch zu Ende mit dergleichen concludiret und geschlossen ... Weil denn von vornehmen, gelehrten und Christlichen Personen zum öfftern ermahnet worden, dasselbe ans Licht zu bringen ꝛc.

L.

M. Tobias *Echartus*, Delitianus. Primum An. 1614. Con-R. deinceps An. 1624. Rector Scholæ Sen. Numburgens. Tandem scholasticorum laborum pertæsus, eosdem An. 1634. cum ministerio in vicina parochia Macro-Jenensi commutavit, mortuus Anno 1652. ætatis 64. Edidit:

Compendium Syntaxeos Gr. in quo ex Posseliana repetuntur quæ Latini non habent, vel a Græcis habent, cum Indice elegantiarum An. 1621. in 8. aliquoties recusum. B. *Mitternachtius*, discipulus *Echarti*, in Progr. quo An. 1662. XV. Kal. Maj. Valedictoriam Casp. Christoph. Dauderstadii, *Bertramiani* manibus dicatam, indicavit, de Syntaxi hac ita judicat: *Cujus*, sc. Echardi, *Syntaxin Gr.* quidam adlatrare non erubuerunt, refutare autem non potuerunt &c.

LI.

M. Christianus *Beemannus*, Bornens. per quadriennium Scholæ Numburg. Rector, Lipsia enim huc venit An. 1608. Postea vero An. 1612. Mülhusam, porro Ambergam atque Bernburgum ad idem officium concessit, Sacra Reformatorum 1) amplectens. Unde Anno 1627. Past. & Superint. Servestanus constitutus est.

† Anno

† Anno 1648. d. 17. Mart. æt. 68. Notiſſimus ex variis ſcriptis, præcipue etiam ex

L. de Originibus Latinæ Linguæ, Senatui Numburg. dicato, An. 1608. atque aliquoties impreſſo.

Vitam ipſius prolixius enarrat Ludovic. in der Schul-Hiſt. P. 5. p. 278. 291. & quidem ex relicti filii celeberrimi, D. Joh. Chriſtoph. *Becmanni*, Hiſtor. Principatus Anhaltini, quæ Germ. prodiit Serveſt. 1710. in fol. conf. Freher. Theatr. f. 535.

Not.

1) Ex D. *Eilmari* Kirchen-Hiſtor. der Stadt Mülhauſſen ſequentia repetuntur in Unſchuld. Nachr. An. 1715. p. 345. Becmannus, als er Rector zu Mülhauſſen geweſen, hat er ſich in ſtarcken Verdacht des Calviniſmi geſetzt, daher er die zum Archi-Diaconat ihm angetragene Vocation, weil er an die Form. Concord. ſich nicht wollen binden laſſen, in originali zurück gegeben, worauf er nach Amberg, und letzlich nach Zerbſt kommen ꝛc.

LII.

Sylveſter Liebe, Salfeldenſis. Senator primo An. 1614. deinde Conſul Numburg. An. 1637. Hiſtoricus inſignis. † An. 1645. d. 16. Apr. Res patriæ ſuæ 2. libris conſignavit, qui MSS. in Curia Salfeldenſi 1) cuſtodiuntur, ſtylo Rom. ſatis terſo exarati. En titulum operis ejusque ſummam, cujus copiam beneficio Ill. *Struvii*, P. P. Jenenſ. famigeratiſſimi, nacti ſumus:

Salfeldographia,

h. e. Deſcriptio encomiaſtica civitatis Salfeldiæ, ad Salam fluvium ſitæ: multis reconditis memorabilibus atque antiquitatibus, ut ſcitu dignis, ita lectu jucundis abundans, in patriæ emolumentum, atque ſingularem favorem & honorem tribus expeditam libellis ſ. claſſibus a Sylveſtro Lieben, Salf. Senatore & Advocato Numburg. A. a C. N. 1625.

Lib. I.

C. 1. De nomine ejusque etymol. 2. de ſitu. 3. figura. 4. provincia. 5. Principum in eam dominio. 6. ortu & antiquitate. 7. de incremento. 8. Sala, flumine. 9. de fontium & aquarum

Digitized by Google

rum intra civitatem frequentia & salubritate. 10. aëris temperie. 11. Soli ubertate, ac rerum omnium fertilitate. 12. de argentifodinis, ac rebus metallicis. 13. Ustrinis vel officinis metallicis. 14. de re monetaria. 15. quærendi victus facilitate. 16. bonis publicis. 17. privilegiis. 18. incolis. 19. usu & exercitio rei militaris. 20. de rebus quibusdam laudabiliter gestis. 21. forma gubernationis polit. ac legibus. 22. de Religione veterum ac nova. 23. Schola. 24. Viris quibusdam claris ac celebribus.

Lib. 2.

C. 1. De templo S. Joh. 2. S. Nicol. 3. S. Martini in suburbio. 4. Sacello S. Salvatoris l. adjutorii, vulgo S. Gehülffen. 5. S. Mariæ. 6. S. Wolffgangi. 7. S. Michael. 8. trium Regum. 9. OO. SS. 10. Monasterio Petrino. 11. S. Francisc. 12. Fratrum mendicantium. 13. Monialium. 14. Gerontocomio ac Nosocomio Martiniano. 15. Cœmeterio. 16. Muris s. Mœnibus. 17. Portis. 18. Veteri & nova Curia. 19. foro. 20. plateis. 21. pontibus. 22. domo præfecturali. 23. de arce Kitzscherstein. 24. antiquo castello Sorabico.

Lib. 3.

C. 1. De memorabilibus quibusdam, singularem celebritatem præ se ferentibus. 2. fructuosis. 3. miraculosis. 4. portentosis. 5. periculosis. 6. damnosis.

Not.

1) D. Casp. *Saggittarius* in Dedic. Antiquit. Gentil. & Christian. Thuring. ed. Jen. 1685. in 4. Mich schrecket, ait, Sylvester Liebens Salfeldiographia nicht ab, weil ich in diesem geschriebenen Buche mehr Worte als Sachen, und dazu noch mehr Hülffs-Mittel, als jener Scribent, bey hohen Patronen fand. Ita quidem Saggittarius de Liebio nostro, ut nobis videtur, minus æque. Laude enim sua vir ille diligentissimus frustrandus non est, qua etiam eum subinde mactat *Schlegel.* in Diss. d. Nummis Salfeldens. Allegat *Liebium* in Chron. Numb. MS. B. *Zaderus* sub Petro Episc. 34. Numburg. scilicet ad An. 1435. Liebius quendam nomine *Hermannum* excitat Episcopatus Cizensis Præsidem, atque P. 2. c. 1. f. 253. Diploma ejus verbotenus recenset, procul dubio autem per errorem.

LIII.

Digitized by Google

LIII.

M. Daniel Raderecht, Dramburgo-Neo-Marchicus: P. L. C. & Scholæ Numburg. Con-Rector An. 1624. Vir induſtrius, qui pro Schola Numb. ſcripſit: Grammaticæ Græcæ Compendium cum doctrina de Accentibus, aliquoties publico typo expreſſum.

LIV.

M. Chriſtophorus Dauderſtadt, Numburgenſ. Pater ipſius, Petrus, fuit opifex. Fundamenta literarum in ſchola patria & Portenſi poſuit: 1) deinde adiit Academias Lipſienſ. & Wittebergenſ. atque in hac ſummo in Philoſophia gradu ornatus eſt. Cizæ An. 1605. fit Con-Rector 2) mox An. 1608. Rector: An. 1612. Paſtor in Saleck, deinde An. 1617. in Sckeudiß, tandem An. 1625. Paſt. & Superint. Friburgi ad Oneſtrum, ubi † An. 1654. æt. 74. Scripta reliquit varia, quorum rubricas ſubjicimus:

1. Avenarius εἰγλωττος, i. e. Precationes Jo. Avenarii, græce verſas, Lipſ. An. 1614. in 4. & Norimb. 1638. in 8.
2. Apodixis Meſſiæ. Lipſ. 1616. in 8. plag. 6.
3. Paſſio ſec. Matthæum. Lipſ. 1620. in 4. & 1635.
4. - - ſec. Marcum. ibid. 1623. in 4. it. 1632.
5. - - ſec. Lucam. ibid. in 4.
6. - - ſec. Johannem. ibid. 1626. in 4. & Uratisl. 1649.
7. Medit. ſeptem verborum Chriſti in Cruce, Lipſ. 1625. in 8.
8. Paſſio ſec. omnes 4. Evangeliſtas, Uratisl. An. 1649. in 4.
9. Diſpoſitio Evangel. Domin. P. 2. An. 1625. in 8.
10. - - - - - - tripartita quinquennalis Lipſ. 1624. in 4.
11. - - - - - - - - ſexennalis Jen. 1647. in. 4.
12. Doctor Epiſtolicus, poſthumus, per L. Sam. Dauderſtadium, filium, P. 3. editus Lipſ. 1656. in 4.
13. Labores Pſalteriales Theoretico-Practici, quibus potiſſimum inclaruit, ed. Francof. An. 1679. in fol.
14. Diſpp. XXII. Synodales in A. C.
15. Leichen-Predigten. Leipz. 1630. in 4.
16. Conciones complures.

Digitized by Google

Not.

1) Vid. Pertuch. Chron. Port. P. 2. p. 393.
2) Vid. Ludovic. Schul-Hiſtor. P. 3. p. 200.

LV.

D. Eraſmus **Ungepaur**, Numburgenſ. Patrem habuit Matthæum lanionem, quo infantulus nec dum ſemeſtris orbatus eſt. Tantum profecit in ſchola patria, ut anno ætatis 16. in Academiam Jenenſ. & biennio poſt in Wittebergenſem diſceſſerit. In illa deinceps An. 1612. Doctor renunciatus, mox An. 1614. Profeſſor Juris Altorffi, An. 1616. Conſiliarius Norimberg. An. 1625. Jur. Prof. Jenenſ. ut & Curiæ Provincial. & Scabinatus Aſſeſſor factus eſt. † An. 1659. d. 23. April. ætatis 78. Varias elucubravit Diſputationes, quas commemorat *Zeumerus* in Vitt. Prof. Jenenſ. Cl. 2. p. 117. conf. *Freber.* Theatr. f. 1151.

LVI.

Johannes **Leuffer**, Numburg. Paſtor Othmarianus in ſuburbio An. 1626. † 1655. In MS. reliquiſſe dicitur ſyntagma quoddam rerum Numburgenſium ex documentis.

LVII.

M. Joh. *Theillius*, Numburg. textoris filius. An. 1635. d. 19. Mart. Con-Rectoratus, Anno v. 1639. d. 28. Nov. Rectoris officium *in* ſchola patria accepit, teſte Diſſertatione ipſius de Lingua Gr. tentata, quæ inaugurationi Scholaſticæ præmitti debuit, emiſſa Jen. 1638. in 4. An. 1641. d. 17. Oct. *Budiſſam* ad Rectoratum vocatus eſt. Vitam finivit An. 1679. d. 16. Aug. æt. 71. labores Scholaſticos 44. annorum perpeſſus. Prolixius vitam ac ſcripta ipſius recenſet *Ludovic.* in der Schul-Hiſtor. P. 2. p. 226. qui etiam p. 236. parentationes typis exſcriptas & programmata Theillii ad numerum IV. Centuriarum aſſurgere aſſeverat. Nos pauca quædam hic duximus monenda. Programmata ſcil. ſecundum Alphabeti ſeriem exarare ſolitus eſt B. Vir, quibus voti vel tituli loco hæc præſcripſit verba: Da Domine incrementum! In Programmate An. 1659. de Scholis ſcripto, ſub finem hæc extat ad Lectorem allocutio, de *Lexico* ſuo *Horatiano* exponens:

Salve

Digitized by Google

Salve Lector,

A. B. C. D. E. F. G.

Atque ſic, Amice & Candide Lector, abſolvi Centuriam horum meorum Programmatum Scholaſticorum Budiſſinenſium, quæ centum quaterniones omnino excedunt, & a multis, præſiſcine ſcribo, ſæpius conjunctim fuerunt expetita. Sed meus fundus Scholaſticus tantum non arat, ut exinde ſumtus ad recudendum ea integra ſufficiant, ideoque ſi votis locus eſſet, omnino Patronum in hac re optarem, namque & olim deformiores buccæ ſuos invenere baſiatores. Interim adeo arrogans & Suffenus ego non ſum, ut perire ea atque latere aut doleam aut ringar, quum hactenus etiam tranquillo animo patiar in forulis meis *ανέκδοτον* Lexicon ſuper quinque libb. Odarum Horatii, quod tamen multo cum labore & impenſa temporis ante pluſculos annos *Naumburgi* adhuc collegi. Hecatomben pro hac Centuria me DEO debere fateor, & exemplum Timoleontis a Lipſio commendatum imitor, qui ſe dixit in ea re maximas Diis gratias agere atque habere, quod, cum Siciliam recreare conſtituiſſent, ſe potiſſimum Ducem eſſe voluiſſent. Et, ut ipſe, teſte Nepote Cornelio, nihil rerum humanarum ſine Deorum numine agi putabat, ita ego Chriſtianus Doctor nihil rerum ſcholaſticarum ſine DEI & Chriſti numine, absque auxilio Spiritus S. perfici credo. Hunc devote invoco, ut me in vera fide, ſincera religione & ſanitate commoda conſervet, quosque dedit Eccleſiæ & Scholæ ſuæ Patronos atque Evergetas, retineat, plures excitet, qui ſtudiis utilibus & neceſſariis ſubſidio, amantibus eorum præſidio eſſe dignentur. Diſcipulos noſtros (uti olim ſtudioſos Wittebergenſes D. Salomon *Geſnerus*) ſerio inclamo, diligenter dent operam, ne ſua laſcivia, helluationibus, nocturnis clamoribus & tumultibus noſtram hanc Budiſſam in ejusmodi Babylonem convertant (habet nimirum hæc in c. XIII. Eſ.) de qua dici poſſit, beſtias, dracones, bubones, ſtruthiones, nycticoraces, ſatyros, ſive (ut vulgo loqvuntur) incarnatos diabolos hic graſſari, latrare furioſos canes, mugire temulentos boves, grunnire ebrios porcos, ululare nocturnos bubones &c.

STA CALAME!

Quæ de *Theillii* commentationibus in Satyras nonnullas Juvenalis refert *Ludovic.* l. c. p. 236. lucem accipiunt ex Progr. de Norimberga, ed. Budiſſ. 1662. in 4. ubi *Theillius* ita orditur:

Futuro uno & altero adhuc Programmate necessario, divertendum denuo fuerit ad Satyram Xcimam Poetæ Satyrici Juvenalis, in quam per superiora quatuor (150-153.) Schediasmata, *ex propria observatione* quasi parallela commentatus fueram, idque post non una de causa intermiseram s. seposueram potius, ut vel tandem eandem depectam atque absolvam. - - - - Ut itaque Poëta porro stultitiam votorum, a mortalibus prorogandæ in longam senectam ætatis fusorum depingat ac demonstret, procedit versibus ipsis XLIII. (v. 246. sqq.) per notissima exempla Nestoris, Pelei, Laërtæ, Priami &c.

In Progr. de Christi Redemtoris nostri descriptione a membris humanis mystica, ed. Görlic. Anno 1656. in 4. de studiis suis in Schola Numburgensi, atque de insecutis honoribus pluribus exponit, alumnos quoque Scholæ Budissinensis juxta seriem Alphabeticam recenset, inter quos præprimis comparet Joh. Fabianus Berricht, Nebra-Thuringus, Consul postea Numburg. primarius.

LIIX.

M. Caspar *Sagittarius*, Osterburgo-Marchicus, parens Historiographi Saxonici & Professoris Jenens. ὁμωνύμȣ celeberrimi. Fuit Con-Rector Scholæ Numburg. An. 1626. d. 23. Oct. Tandem post varia officia scholastica An. 1661. Pastor ad S. Johannis ædem Luneburg. † 1667. d. 27. Apr. æt. 70. conf. *Löberi* Hist. Eccl. Orlemund. p. 199.

Scripta ipsius & singularia nonnulla (cumprimis quod vivus, exemplo Gatakeri & Scioppii, depingi noluerit) enarrant J. G. *Bertram*, in Lüneburg. Kirch. Histor. p. 609. & *Ludov.* Schul-Histor. P. 1. p. 36.

LIX.

M. Jo. Sebastianus Mitternacht, Hardeslebiens. Thuringus. Insignem hunc Philologum ac Theologum paupertinum & omnium fere rerum egentissimum An. 1630. Schola Numburg. suo suscepit gremio, cujus postea moderamen An. 1642. ab Ampliss. Senatu ipsi demandatum est. Ipse B. Vir in Progr. Bertramianis manibus consecrato, atque An. 1662. Geræ typis exscripto, de rebus suis prolixius exponit. Et singulare prorsus est, quod de promotione sua ad munus illud Scholasticum verbis sequentibus

bus commemorat: Quid vero referam, ait, quo Vir beatissimus animo (M. Casp. *Bertramum* innuit, Pastor Primar.) causam meam egerit, quum jam regimini Scholæ Senat. Numburg. adhibendum censeret? Simul ac enim Vir Ampl. & Exc. Dn. M. Jo. Theil ad Rectoratum Scholæ Evangel. Budissam Numburgo evocatus esset, Magnif. Nobil. & Amplissi. Senatui Numb. me successorem commendaverat. Et quum nonnulli ex ordine Senatorio animi penderent ac dubitarent, num oneri, quod adnexum illi functioni noverant, ferendo essem, non erubuit B. *Bertramus*, vadem dare suam ipsius animam, id quod, qvum auctoritate publica inaugurarer, publice mihi significavit, ut ne desererem vadem adhortatus &c. Rectoratum illustris Ruthenei accepit An. 1646. & An. 1667. Ephoriam Neostadiensem: tandem honores Concionatoris Saxo-Cizenf. Consistorii Assessoris, & Præsulatus Numburgici Superintendentis ipsi delati sunt. † 1679. d. 25. Jul. ætatis 66.

Vitam, scripta & merita B. Mitternachti percensere constituerat D. D. *Ludovici* in der Schul-Histor. P. 3 p. 329. sed morte præreptus exequi illud consilium non potuit.

Nos, quæ de libellis suis scholasticis ipse prodit, & quidem ex Progr. ad Festum natalitium Salvatoris nostri invitatorio, Geræ An. 1650. impresso, hic repetimus. Jam ante aliquot annos, inquit, contrahendis artibus instrumentalibus operam dicare cœpi. Atque primum *Grammatices Ebrææ*, ad Methodum Trostianam conformatæ, edidi An. 1645. Jenæ e Typographeo Lobensteiniano Compendium. Post ex eodem loco An. 1646. prodierunt *Elementa Rhetorices* Vossianæ, quibus, cum viderentur, prout Auctor ipsa Amstelodami ediderat, soli Troporum ac figurarum doctrinæ destinata, adjeci ego ex Partitionibus & Institutionibus majoribus ejusdem auctoris doctrinam de Inventione ac Dispositione Oratoria, aliasque ejuscemodi materias, quæ nimium brevitatis studium in editione Vossiana præterierat. Porro, quia *Manuale Logicum* Theologi ac Philosophi celeb. D. D. *Scharffii*, Præceptoris ac Promotoris mei multis nominibus venerandi, quædam inculcat, non tam edisc enda, quam adcuratius pro illustratione præceptorum

Digitized by Google

eſſentialium expendenda, videbam ego, turbari adoleſcentum memoriam, dum ex aliquot paginis excerpenda erant, quæ ediſcenda. Ut igitur hanc etiam remoram amoverem, ac pro Gymnaſii noſtri more ad diſputationes animos nonnihil manuducendo adſuefacerem, diſputatiunculis aliquot ſcholaſticis, quicquid fideli mandandum exiſtimabam memoriæ, incluſi, ac *Medullam Manualis Scharffiani* inſcripſi. Prodiit opella illa Altenburgi ex officina Ducali annis 1648. & 1649. it. 1650. in 12.

Programmata B. *Mitternachtius*, ut plurimum *Theillii* exemplum ſecutus, juxta numerum Alphabeticum conſcribere ſolitus eſt, quæ variam ac luculentam lectionem ſatis teſtantur. Cum primis memorandæ ſunt Diſſertatt. XIX. in Joh. XXI. de quæſtione: An Johannes Evangeliſta & Judæus quidam a tempore Paſſionis Dom. in orbe ſint ſuperſtites, junctim ed. Numburg. 1665. in 8. Cum mentio hic fiat Numburgi noſtri p. 397. ſubjiciam, quæ de Judæo iſto referuntur, & quidem apud J. J. Schudt in Jüd. Merckwürd. l. 5. c. 14. p. 499. Nach Pauli von Eitzen und anderer Bericht ſoll dieſer Jude zu Naumburg von ſich ſelbſt geſaget haben, daß er ein Schuſter geweſen, und nicht weit vom Thor zu Jeruſalem gewohnet. - - - & p. 510. Zu Hamburg ſchien er ein Mann von 50. Jahren zu ſeyn, gieng barfuß und nam kein Geld: Aber zu Naumburg, kam er den Leuten vor, wie ein 30. Jähriger, hatte Schuh an, und ſamlete von Kauffleuten und andern reiche Allmoſen ꝛc. Tentzel in Monatl. Unterred. An. 1694. im Octobr. p. 799. ita ſcribit: der Herr Mitternacht (indigitat Diſſertt. citt.) erzehlet, daß ein ſolcher Jude vor ſeiner Zeit auff der Naumburgiſchen Meſſe, und zu ſeiner Zeit auff der Leipziger Meſſe geſehen worden, aber beede mahl, da die Obrigkeit nach ihn greiffen wollen, echappiret ꝛc.

Scriptis ſupra ab ipſo B. Mitternachtio *recenſitis accedunt:*

Joh. Stephanii Colloquia, in uſum Scholarum Ruthenicarum recuſa, cura J. S. Mittern. Geræ. 1657. in 8.

Georg. Fabricii Hiſtor. S. libb. 10. in 8.

(De hoc B. Viri labore ſequentia ex literatiſſimi *Schreberi* vita Fabricii

bricii p. 147. excitaſſe operæ erit pretium: Cum ex [illegible] per bellum tricennale, quod Germaniam maxime afflixit, [illegible] obliterata tantum non eſſet memoria, operæ ſe pretium [illegible] facturum Celeb. Vir, Joh. Seb. Mitternacht, ſi eundem adjectis tibus bonarum artium ſtudioſis offerret, denuoque ſpurcis erepta tenebris & in ſcholis volvendum iterum nova editione exhiberet. Fecit iſtud tum adhuc illuſtris Ruthenei Rect. An. 1657. & Notis Philologico-Theologicis libellum illuſtravit &c.)

Unglückſeliger Soldat und vorwitziger Barbierer. Leipz. 1662. in 8.

De Nativitatis Dom. anno, menſe ac die, accedit appendix de putidiſſimis Papærorum fabulis & barbarieante Lutherum, Lipſ. An. 1661. in 12.

Specimen Philolog. divitiarum Evangelicarum. Jen. 1663. in 12.

Feuer-heiſſe Liebes-Flammen einer in JEſum verliebten Seele, Lipſ. 1653. in 12.

Pædia ſ. Bedencken von Erziehung der Kinder, Lipſ. 1657. in 12. & 1660. in 12.

Neu-Jahrs-Andachten in Liedern und Gedichten An. 1665. in 12.

Bericht von der Teutſchen Reim-Kunſt. Leipz. An. 1653. in 12.

Panegyricus Funebris memoriæ Theologi D. Jac. *Welleri* dicatus ac dictus. Lipſ. 1666.

LX.

M. Philippus Saltzman, Olsnic. Voitlandus. Primas literas hauſit in Schola Portenſi, ſublimioribus in Acad. Lipſienſi dedit operam. An. 1646. vocatus eſt ad Rectoratum Scholæ Sen. Numburg. biennio elapſo autem Diaconatus ipſi in æde D. Wenzesl. oblatus eſt, porro deſignatus Anno 1662. Superint. Epiſcopatus Numburg. † An. 1666. Rari 1) exempli καλλιγραφου, atque de Operibus B. Lutheri 2) optime meriti. Ipſius enim cura prodierunt:

Singularia Lutheri, ſeu loci ex Scriptis Lutheri collecti, Numburg. 1664. in fol.

Not.

1) M. C. Gräffius in Politico Orient. (in Dyota S. Altenb. 1679. in 4. ed.) ſub

ſub Dan. Bombergio ſequentia de eo perhibet: Hiſce Bibliis Ebr. (nempe a Bomberg. 1517. Venet. excuſis) uſus eſt Lutherus, & DEO ita volente, nactus eſt Lutheri exemplar Dn. M. Phil. *Salzmannus*, elegantiſſimus & admirandus ſcriba, Rector Scholæ Naumb. poſtea Paſtor (fallitur hic Græffius) & tandem Superint. Ciz. quod mihi ipſi B. Vir monſtravit An. 1664. d. 6. Aug.

2) Conf. D. D. *Görzii*, Super. Lubec. celeb. Orationem Scholaſt. Anno 1718. de Philippi *Saltzmanni* Vita & meritis in ſcripta Lutheri habitam.

LXI.

M. Joh. Hertzog, Numburg. Primum Paſtor fuit in arce 1) Bünavienſi, Weſenſtein, An. 1641. deinceps Diaconus Dreſdæ ad D. Cruc. An. 1644. demum ejus ædis Archi-Diaconus. † 1657. d. 23. Nov. æt. 42. Edidit:

Tugend- und Laſter-Spiegel, ſeu Conciones in Decalog. nec non complures Conciones funebres.

vid. Perſonalia concioni funebri M. Jo. Erneſti *Herzogii* P. P. Zittav. *Johannis* noſtri filii, annexa, atque An. 1716. Zittav. typis in fol. exſcripta f. 9.

Not.

1) B. *Theillius* in Progr. de v. æ. An. 1660. Budiſſ. publicato, non ſaltem de claris Numburgenſibus exponit, ſed commemorat etiam, Hertzogium ſacelli Weſenſteiniani fundationem 2. eruditis concionibus aſſeruiſſe.

LXII.

D. Sixtus Bertram, Numburg. M. Caſparis Bertrami, Paſt. Numb. Primar. filius natu major. Fuit in ſchola patria Con-Rector An. 1632. Rector An. 1635. porro Paſtor Nicolait. Cizenſ. An. 1637. denique Paſt. Ulricianus & Scholarcha Hallenſis An. 1647. † 1671. d. 11. Dec. v. *Heinecc.* Denckmahl der Reform. in der Hiſtor. Vorred. p. 77. Edidit:

Homil. de Campanis

Diſp. Inaug. de *ὑπερυψώσει* carnis Chriſti, Witteb. 1650.

vid. J. G. *Bertram* Lüneb. Kirchen-Hiſt. p. 728.

LXIII.

D. Caſpar Bertram, Numb. prioris frater. Factus eſt primo Diaco-

Diaconus An. 1639. postea Patris in Pastoratu successor An. 1647. † An. 1683. d. 30. Jul. æt. 72. Memoriam ejus commendat: Matthæus Enucleatus ed. Arnst. 1651. in 4.

Ipse in præfatione refert, scriptum esse sub auspicium muneris sacri, sc. An. 1639. atque triennii spatio absolutum, sed inter armorum strepitus. O quam voluissem, ait, hisce meditationibus dari ἀλκυονίδας!

„ Pergit etiam in ead. præf. Sed & Marcus, Matthæi breviator, „ hoc absoluto, statim a me enucleatus est, forsitan & ipse brevi „ exiturus, quando voluerit DEus πολυέλεος. Et p. 380. denuo „ ad hosce in Marcum labores provocat. Lucem autem nun- „ quam aspexerunt. Vinculis enim constringitur ἀυτόγραφον, „ apud Pastorem quendam in Ducatu Vinariensi. Notas in c. 1. quas per amicum quendam describi curavimus, Lectoris judicio hic subjicimus.

Notæ in Cap. Marci primum.

v. 1. *Initium Evangelii*) Non hæc ita accipienda sunt, ac si ea, quæ Matthæus & Lucas 1. & 2. capp. scribunt, ad Evangelium non pertineant, sed ideo Marcus Evangelii initium in prædicatione & baptismo Johannis constituit, quod prædicatione Baptistæ Lex languida facta, ejusque finis imponi cœptus est. Hinc Christus Matt. XI. 13. inquit: *Prophetæ & ipsa Lex usque ad Johannem prophetaverunt.* Et Luc. XVI. eod. *Lex & Prophetæ usque ad Johannem.* Porro vox Evangelii græca est (ab εὖ, bene & ἀγγέλλω nuncio) lætum atque fastum significans nuncium. Nuncium heic puta illud de nostra redemtione, gratia DEi, peccatorumque omnium per Christum parta remissione, verbo: de nostra omnium salute perpetua. Sumitur h. l. a Marco ὁλικῶς, s. generaliter, pro toto Ministerio Christi, s. de universa doctrina, a Christo ejusque Apostolis tradita, h. e. de N. T. Syrus: ראונגליון ריושא *caput, initium Evangelii.* Lutherus: Diß ist der Anfang des Evangelii. Tigurina: Hier hept an das Evangelion. Emser: Der Anfang des Evangelions. Dietenbergius: Der Anfang des Evangelions. Ebræis Evangelium est בשורה, a בשר, *annunciavit,* מבשר *Evangelista.* Judæi verpi illi maleferiati χλευασιτικῶς, & per contemtum saluberrimam hanc Evangelii doctrinam vocant און גיליון *revelationem iniquitatis,* quasi Christianorum iniquitates in eo libro sint revelatæ, it. אוונגליון *revelationem vanitatis,* & vo-

cem blaſphemam perpetuis vindicandam flammis. Nos agnoſcimus Evangelium δύναμιν θεῦ εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, Rom. I, 16.

JEſu Chriſti) De hiſce duobus Servatoris noſtri benedicti titulis vid. quæ ad Matth. I, 1. (b.) & 21. (n.) ſcripſimus.

Filii DEI) Bene Chemnitius noſter: Quia Matthæus multis oſtenderat, Chriſtum eſſe filium Davidis, Marcus ſtatim in principio vocat DEI filium, ut oſtendat, neceſſe fuiſſe, ut Meſſias propter officia Regni & Sacerdotii ſui non tantum Davidis, ſed DEI filius eſſet, & Evangelium non recte annunciari, ſi Chriſtus non ſimul & Davidis & DEI Filius prædicetur. Harmon. c. 16. p. m. 300.

v. 2. *Sicut ſcriptum eſt in Prophetis*) Malachia ſcil. & Eſaia. Hæc enim: *Ecce, ego mitto Nuncium meum &c.* Malachiæ ſunt c. III. 1. Illa vero, quæ ſequenti commate leguntur: *Vox clamantis in deſerto &c.* ſunt Eſaiæ c. XL, 3. Quædam Exemplaria pro illis: ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, legunt: ἐν Ησαΐᾳ τῷ προφήτῃ, *ſicut ſcriptum eſt in Eſaia Propheta*, ad quem modum etiam Syrus vetuſtiſſimus Interpres: אידרכתיב באשעיא נביא, *ſicut ſcriptum eſt in Jeſchajo Propheta*, atque ita etiam legit Autor Vulgatæ, ex quo Emſerus & Dietenberg: als geſchrieben ſtehet in dem Propheten Eſaia. Lutherus autem & Tigurina: in den Propheten. Maldonatus Vulgati lectionem arbitratur meliorem, cum & Syrus, ut dictum, ita legat: Verum quicquid ſit, ſane manifeſtiſſimum eſt, non ex unico, ſed duobus Prophetis teſtimonia citari. Hinc & Theophylactus, Euthymius, aliique Patres priorem lectionem ſequuntur.

Ecce, ego mitto Angelum meum) Ecquis per Angelum in hiſce Malachiæ verbis intelligatur, nimirum Baptiſta Johannes ad Matth. XI, 10. (u.) notavimus, quo ablegamus Lectorem. Breviter: Angelus ille Baptiſta erat non natura, ſed officio. Hinc Beda: Angelus vocatur Johannes, non naturæ ſocietate, juxta hæreſin Origenis, ſed officii dignitate. Erat enim *DEI Legatus.* Hinc *Propheta Altiſſimi* vocatur Luc. I, 76. Erat *homo miſſus*, Joh. I, 6. conf. v. 33. Et ſolemne eſt Scripturis, verbi adminiſtros hoc, Angeli, nomine ornare, v. Coh. V, 5. Eſ. XXXIII, 7. Hagg. I, 13. Mal. II, 7. Luc. VII, 24. IX, 52. Apoc. I, 20. II, 1. 8. 12. 18. III, 1. 7. 14.

qui præparabit viam tuam ante te) Ita enim Græcus: ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. At fontes ופנה דרך לפני, *& præparabit viam ante faciem meam*, quo de in Matth. l. c. Cæterum ex Ebraico Textu divinitas Chriſti contra χριζομάχους Photinianos

nianos liquidiſſime demonſtratur. Loquitur enim ibi Filius DEI ante ſuam incarnationem, quod eſt extra controverſiam. Revera igitur ante eam exſtitit; atque ex eodem fundamento Servator ipſe Deitatem ſuam ſtatuminat Joh. IIX, 58. adſerens, *ſe fuiſſe ante Abrahamum.* conf. *τὸν πάνυ*, Glaſſ. l. 1. Epiſt. Medit. p. 405. Paulo aliter ex eodem fonte Chriſtum adſeruimus ad Matthæum loco jam bis laudato.

v. 3. *Vox clamantis in deſerto*) De toto hoc commate v. ſis ad Matth. III. 3. (f.) (g.) (h.) Chemnit. Harm. c. 16. Vocat vocem clamantem, quia Johannes publice ſonora voce, quæ undique homines excitabat, magna cum gravitate, eximio zelo & inſigni autoritate, h. e. ſicut Gabriel inquit: in ſpiritu & virtute Eliæ, doctrinam ſuam tradidit.

v. 4. *Baptizabat Johannes in deſerto*) De hoc deſerto actum eſt Matt. III. (c.) *prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum*) Ita & Lucas c. III. 3. Nim. de tali prædicabat Johannes baptiſmo, quo ſoli pœnitentes erant digni, quippe qui ſine vera pœnitentia digna ſuſcipi nec poſſet, nec deberet. Porro notat Lucas l. c. v. 1. prædicationem hanc Johannis factam eſſe Anno 15. imperii Tiberii Cæſaris, Pontio Pilato Præſide Judææ.

v. 5. *Egrediebatur ad eum tota Judæa regio*) h. e. egrediebantur ad eum in deſertum homines ex omnibus Judææ partibus, & tanta quidem frequentia, ut regio ipſa emigrare videretur. conf. Matth. III. 5. *ac Hierosolymitæ, καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται* addunt quædam exemplaria, Flavio teſte, voculam *πάντες*, & Hieroſolymitæ omnes. Hinc & Aramæus אורשלם וכלהון עמי, & omnes filii Uriſchlem. Vulgatus: & Hieroſolymitæ univerſi. Dieteub. und alle Hieroſolymiten. Emſer: und alle die von Jeruſalem. Eſt autem Metonymia, pro quibusdam Hieroſolymæ civibus &c.

Sed hæc ſpeciminis loco adduxiſſe ſufficiat.

Lucubrationum in Pſ. XIX. meminit B. Glaſſius literis An. 1646. d. 8. Aug. ad B. Bertramum datis, quas Matthæo ſuo præfixit.

Extat etiam apud nos Comment. MS. in Pentateuchum in 4. ex Verſionibus Orientalibus potiſſimum conſarcinatus:

Partem hujus Commentarii, apud Brunſuicenſes commorari, ex Cl. *Bertrami* Hiſt. Eccl. Luneburg. didici, ita enim p. 729. ſcribit: „Rev. Brunſuic. Min. Bibliotheca aſſervat ejus Geneſin emu„cleatam MS. in 4.

Edidit etiam Hiſtor. *Joh. Georg.* I. Elect. Sax.

Præterea vidi integrum libellum Cantionum ſacrarum, a B. Viro compoſitarum, in forma 8. ut dignus adeo ſit, cui locus inter Hymnopœos relinquatur.

Ipſe cuſtodio librum MS. in 4. cujus hæc eſt epigraphe: Kurtze und einfältige, aber mit GOttes Wort übereinſtimmende Erklärung derer vornehmſten Lieder und Geſänge, welche in der rechtgläubigen alſo genannten Lutheriſchen Kirchen geſungen werden. An. 1666.

Quid in hac explicatione præſtiterit, ex unico ſpecimine manifeſtum eſſe arbitror, de quo ipſe in præfatione teſtatur: An ſolche kurtze Erklärung habe ich offtmahls viel Sprüche der Heil. Schrifft angehefftet, damit man ſehen möge, wie unſere Kirchen-Geſänge mit der Bibel allenthalben übereinſtimmen, ja eigentlich aus derſelben genommen ſind. Und fürwahr, wenn man angezogene Sprüche in der Bibel fein nachſchläget, fleißig lieſet, und auff den Geſang, auff welchen ſie gerichtet, appliciret, ſo wird man auch zugleich dadurch mit den Bibliſchen Sprüchen bekannt, und derſelben läufftig werden ꝛc.

Dolendum ſane eſt, laborem hunc utiliſſimum ſuppreſſum fuiſſe. Alias enim jamdiu expleta fuiſſent pia deſideria, quæ noſtro adhuc ævo a viris Theologis plus ſimplici vice fuerunt effuſa.

De morte ipſius ex Orat. exequiali a M. Jo. Weiſſio hab. & Weiſenſ. 1683. in fol. impreſſa, ſequentia lubet repetere: Es überfiel denſelben ein ſehr ſüſſer Schlaff, unter welchem der Himmel ſich ſeinen Augen auffſchloſſe, dabey erblickte er GOtt auff einem Throne, für welchem diß Wort mit güldenen Buchſtaben zu leſen: Veni! Komm! Worauff er wie ein Adler fertig war abzuſcheiden.

LXIV.

M. Petrus *Bertram*, Naumburg. Con-Rector fuit Scholæ patriæ An. 1640. e qua evocatus fuit An. 1641. d. 16. Febr. in Scholam Epiſc. Cizenſem, denuo in Crucianam Dresdenſ. 1645. Tandem Paſtoratum obiit variis in locis. † 1675. Vid. Ludov. Schul-Hiſt. P. 2. p. 118.

LXV.

Digitized by Google

LXV.

Jo. Georg *Albinus*, Unter-Neiza-Weiſſenſ. contubernalis fuit D. Caſp. Ziegleri in Academia Lipſienſi: poſtea Rector Scholæ Cathedr. Numb. An. 1653. & An. 1657. Paſtor in ſuburbio ad D. Othmar. Poëta & Philologus. † 1679. d. 25. Maji, æt. 55. Scripta ab ipſo edita ſunt:

Herm. 1) *Hugonis* Pia deſideria German. verſa, atque hinc inde rythmis veſtita: 1670. in 12.

Geiſtl. geharniſchter Kriegs-Held. Leipz. 1675. in 12.

Lob der Chriſtl. Kauffmanſchafft. Leipz. 1652. in 4.

Jüngſtes Gericht und Ewiges Leben. ib. 1653. in 4.

Eumelio: Jena 1657. 8.

Himmel-flammende Seelen-Luſt. Franckf. 1675. in 12.

Geiſtl. Nacht-Harffe.

Der Himmel-wandernden Philuranien Sterbe-Thon. Jen. 1679. in fol.

conf. Peisker. Tr. von der Teutſch-geſinnten Genoſſenſchafft p. 22. & Comment. meum in Hymnos Eccleſ. in Ind. Hiſtor. p. 13.

Not. 1) Vid. Arnolds Theol. Myſt. p. 499.

LXVI.

M. Joh. *Zaderus*, Cizenſ. SS. Theol. Baccal. Rectoratus in Gymnaſio patrio delatus ipſi eſt An. 1640. d. 16. Apr. Deinceps per gradus aſcendit ad Paſtoratum Eccleſ. D. Nicol. An. 1647. d. 13. Maji. Tandem An. 1655. d. 18. Oct. Eccleſiaſtes cathedralis Numburg. conſtitutus eſt: † 1685. d. 17. Mart. æt. 66. Adornavit:

Chronicon Numburgo-Cizenſe: de quo ſequentem in modum diſſerit Ludov. in Schul-Hiſtor. P. 3. p. 201.

„ *Zaderus* memoriam patriæ ſuæ firmaturus, Chronicon. Numb. „ Ciz. Naumburg. und Zeitz. Stiffts-Chronica conſignavit, id- „ que in Bibliotheca Cizæ Ducali, de qua Dn. M. *Junckerus* in „ Diſc. vernaculo de Bibliotheca Iſenacenſi aliisque Saxonicis „ P. 2. p. 20. manu aſſervatur ſcriptum. (NB. *ſcripſit hoc* Dn. „ *Ludov.* An. 1711.) Ipſe, dum in egregii hujus monumenti me- „ moriam incido, repeto verba Dn. de Seckendorff in Hiſtor.

„Lutheran. l. 3. f. 387. Noſtro tempore Johannes Zaderus, „concionator templi cathedralis Numburgenſ. Vir doctus, hiſto„riam Epiſcopatus, duarumque ejus urbium ex bonis documen„tis Germanice compilavit, induſtria haud contemnenda, in „qua tamen ſunt, quæ emendationem poſcunt.

In Concione Dedicat. templi Cœnobialis Cizenſ. (Einweyhungs-Predigt der Kloſter-Kirche zu Zeitz) a B. Præſule, Dn. Mich. Chriſt. *Ludovic.* hab. & An. 1692. typis exſcripta, *Zaderus* vocatur: ein frommer, Chriſtlicher, gottſeliger, hochgelahrter, wohl erfahrner und fleißiger Mann. Conf. *Sagittar.* Introd. in Hiſt. Eccl. P. 1. p. 510. Tentzel. Curieuſ. Biblioth. 1704. p. 291. Chronicon ipſum in Biblioth. Ducalem pervenit A. 1680.

Dum mentionem facimus B. Sagittarii, non incommodum erit, ſequentem adduxiſſe Epiſtolam, commercii literarii inter hos Dduumviros atque hiſtoricos teſtem:

Wohl-Ehrwürdiger ꝛc. Daß an Ew. Wohl-Ehrw. in geraumer Zeit nicht geſchrieben, hat nur allein gemachet, daß ohne meinen 1) Eccardo ich nicht gern erſcheinen wollen. Weil nun derſelbe fertig, auch publice abgehandelt, überſende denſelben Ew. Wohl-Ehrw. anietzo, bitte dero Judicium von einen und dem andern offenhertzig zu entdecken. Die Freundſchafft, ſo mit E. W. habe, iſt billig öffentlich an Tag gegeben worden, und wird derſelben ſolches nicht zuwider ſeyn. Die letzte Section von dem treuen Eckart habe müſſen auslaſſen, ſoll aber in den Eccardum II. kommen, woran bey Gelegenheit arbeiten werde. Die ſententiam de Ducatu Thuringiæ habe geändert, nachdem Hr. Hoff-R. Schilter mir hierzu Anlaß gegeben. Er zwar nur aus dem Siffrido Miſnenſi, ich aber habe nach der Zeit aus dem Aimoino, Reginone, Lamberto und anderer Zeugnüſſe gnug, de Ducatu Thuringiæ, welchen der Landgraviatus verſchlungen. Die Dubia aber, ſo bey dieſer Materie noch habe, will ehiſt E. W. communiciren, und darüber dero Urtheil vernehmen. So bald ich nur einen gewiſſen Reſpondenten habe, will ich Hermanni und Eccardi II. Vitas elaboriren. Wenn Hermannus geſtorben, möchte wohl eigentlich wiſſen. Eccardus II. ſcheinet An. 1046. verſtorben zu ſeyn. Denn Hermannus Contractus ſchreibet alſo ad An. 1046. Eggehardus Marchio ditiſſimus ſubito moriens, prædiorum ſuorum Regem reliquit hæredem. (Lambert. ad eund. Annum Eggihardus Marchio ſubitanea

morte

morte præfocatus interiit) denn ich bilde mir gäntzlich ein, daß solches Eccardus II. sey. Sonsten fällt mir ein, daß Hermannus eben zu der Zeit, wie sein Vater Eccardus I. erschlagen, zu Weimar Graff Wilhelmen gefänglich genommen, und solches um deswillen, weil Wilhelmi Sohn Witikindum und Hermannum umgebracht. Die Worte lauten also: Is namque (Hermannus) eum jussu Patris (Eccardi I.) Wilhelmum Comitem senectute ac omni bonitate proficuum ob vindicandam Witikindi & Hermanni necem, a filio suimet eis illatam, valida manu in Wimari possideret. (Ditmar. l. 5. f. 103.) Hie möchte gern wissen, wer denn der Widekindus und Hermannus gewesen, daß sich Eccardus I. und Hermannus ihrer also angenommen. Oder weil Eccardus I. Dux Thuringiæ gewesen, daß er Amts halber den Sohn Wilhelmi, und weil selbiger vielleicht nicht zugegen, den Vater deswegen tödten wollen. Es sind aber nur conjecturæ. Sonsten elaborire ich zu Zeiten etwas in denen Notis über den Groitschium de Sala fluvio, 2) habe auch des Bruschii 3) Beschreib. des Fichtelberges, wiewohl teutsch, bekommen, weiß auch nicht, obs je in Lateinisch geschrieben. Sonsten möchte auch wohl wissen, ob jemand den Bruder-Krieg zwischen Friderico Placido und Wilhelmo völlig beschrieben hätte. Denn es mir auch zum Groitschio dienen würde, und sonderlich beschreibet er bey Leuchtenburg, wie Apel v. Witzthum Diener sich so tapffer defendiret, welches ich sonsten noch nicht gelesen. Bey Rotenstein referiret der Autor die Historie von Apel von Gellingen, welche ich jederzeit vor eine Fabel gehalten, oder er müste ein grosser Zauberer gewesen seyn. Man weisset seine Spur an mehr Orten. Jena, schreibet er, habe den Comitibus de Maruſan gehöret: Halte nicht, daß diß in rerum natura gewesen. Der Contextus aber giebts, daß er die Graffen von Arnshaug verstehen müsse. Bey Beschreibung der Abtey S. Georg vor Naumburg, darinnen sonst fast so viel Errores, als Zeilen, gedencket er eines Raben, der in Stein gehauen. So E. W. davon etwas bewust von Thoma Hebenstreit, dem Abt selbigen Closters: Da auch sonsten E. W. die Mühe auff sich nehmen wollen, und was zur Erleuterung der Naumburg. Historien dienet, communiciren, soll es gerühmet werden, habe auch deswegen an den Herrn Syndicum geschrieben. Empfehle anitzo ꝛc.

Jena, d. 5. Febr. 1675.

Caspar Sagittarius.

Not.

Not.

1) Prodiit B. *Sagittar.* Exerc. Hiſt. de Eccardo I. Jen. 1675. quam ſecuta eſt Hiſt. Bipartita Eccardi II. Jen. 1683. Recognovit, atque præmiſſo directorio monumentorum ad ſtatum Epiſcopatus Numb. pertinentium typis repetitam foras dedit Cl. D. D. C. G. *Buderus*, Jen. 1718.

2) Groitſchii Deſcript. Salæ Fluvii, ed. 1584. in 8. De Corvo iſto Zaderus αὐτόπτης ſtante adhuc templo cœnobiali in Chron. MS. ita: Dieſes Rabens Bild hab ich nicht können zu ſehen bekommen.

3) Juncker, in der Geograph. der mittlern Zeiten ed. 1712. in 4. die Beſchreibung des Fichtelberges wird man zwar von Caſp. Bruſchio in einem abſonderlichen Tractätgen antreffen, aber noch accurater in Hr. Lehmans Hiſtor. Schauplatz des Meißn. Ober-Ertz-Gebürges p. 30. Integram Montis pinniferi deſcriptionem a *Bruſchio* vernaculo idiomate exaratam, hodie vero rariſſimam, Aut. Anon. repetit in der Beſchreib. des Fichtelberges ed. 1716. Lipſ. in 4. ubi P. 2. p. 173. Bruſchius patriam ſuam ac parentes indicat.

LXVII.

D. Lazarus *Suſenbeth*, Phyſicus Numburg. An. 1559. &
D. Hector *Schlanhoſius*, pariter Phyſ. Numb.

Prodierunt ex Schola *Alsfeldenſi* Haſſiaca. Hinc ex Franc. Jrenæo excitantur a J. J. *Winckelmanno* in Beſchreib. Heſſen-Landes P. 2. c. 2. f. 203. Aus dieſer Schule, ait, ſind viele Hochgelahrte und treffliche Leute entſproſſen. Ferner ſind allhier gebohren ꝛc.

LXIIX.

Jo. Georg. *Grævius*, Numburg. filius Georg. Grævii, Rev. Capitul ædilis: orbis literati Dictator. 1) Tyronicia literarum poſuit in ludo Portenſi, deinde vero Academiam Lipſienſem petiit. Tandem in Hollandia Trajecti ad Rhenum profeſſionem Polit. Hiſtor. & Eloq. ſuſtinuit, atque patriam religionem cum Reformata commutavit. Valetudine inter tot labores ac vigilias per omnem vitam uſus eſt proſperrima. † amici ſui Pontani ædes ingreſſurus An. 1703. d. 11. Jan. æt. 61.

De ipſius vita & ſcriptis viri eruditi certatim commentati ſunt. vid. Hiſtor. Biblioth. *Fabric.* P. 3. p. 275.

Ultimus ipſius labor, quem ante obitum ad finem fere perduxerat, circa vaſtum opus occupabatur, cujus titulus:

Theſau-

Digitized by Google

Thesaurus Antiquitt. & Histor. Italiæ. Prodiit 3. Tomis A. 1704. curante Jac. Perizonio.
conf. Observ. Misc. ed. Lipsi. 1715. T. 2. p. 226.

Not.

1) Petrus *Burmannus* in Orat. funebri, præfationibus & Epistolis Grævianis a celeb. J. A. Fabricio collectis, & Hamb. 1713. in 8. editis, inserta, p. 555. eruditorum Principem, imo ipsam eruditionem & literas cum Grævio sepultas esse, asserit, & p. 556. de Numburgo, Grævii patria, honorifice prædicat.

LXIX.

M. Petrus *Lossius*, Numburg. æditui filius. Post Pastoratum in pago Martisburg. Skeuditz debita fide administratum, ut Pastoratum ad æd. D. Mar. obiret, in patriam vocatus est, ubi 40. annis exactis, munus concionatoris cathedralis An. 1685. consequebatur. † 1690. d. 19. Mart. æt. 71. Ejus sunt:

Tuba Prophetica, s. Prophetische Posaun des Hirten von Thekoa, i. e. Prophetia Amosi LXXIV. homiliis exposita, ed. Lipsi. 1675. in 4. conf. L. Carpzov. Introd. in libb. Prophet. V. T. p. 329.

Viator Christianus, s. Geistl. Pilgram i. e. Catechißmus-Predigten, ubi in P. 1. partes Catechismi, in P. 2. Tabula Oeconomica explicatur: ed. Lipsi. 1685. in 4.

Seelen-Gärtlein ib. in 12.

LXX.

Georgius *Francus*, s. Franck a Franckenau, Numburgens. Filius 1) Sebastiani, non divitis cujusdam villici, quem erudita quædam diaria prædicant, sed Asyli, quod vocant, & quidem tenuioris fortunæ incolæ. Primis literarum elementis imbutus est in Schola cathedrali, Rectore M. Prettenio, 2) sub cujus moderamine An. 1661. d. 21. Octobr. (teste Diss. de Altercatione Michaëlis Archangeli, Cizæ formis in 4. impressa) in publica panegyri de Angelorum præsidio carmine latino epico declamavit. Postea in Academiis Lipsiensi, Jenensi, Argentoratensi 3) & Heidelbergensi 4) inclaruit, in hac etiam An. 1679. Professioni Medicæ præfectus, & munere Procancellarii functus est. Fuit variarum Societatum

tatum Literariarum Collega. *Leopoldus* M. Rom. Imper. privilegia nobilitatis cum Comitis Palatini dignitate ipſi impertiebatur. Exorto autem ferali bello Gallico, Wittebergam ſe contulit, ubi non ſolummodo Profeſſoris Medici, ſed Archiatri quoque Electoral. Saxon. axioma eſt conſecutus. Tandem Rex Daniæ ipſum expetiit, cui 5) vocationi paruit, Conſiliarii atque Archiatri regii dignitate ornatus. † 1704. d. 16. Jun. æt. 60. v. Gelehrt. Lexic.

Ingenii, quæ edidit, monumenta, inter alia ſunt:

Flora, vel Lexicon plantarum & vegetabilium uſualium. 1672. in 12.

Satyræ Medic.

P. Zacchiæ Quæſtiones Medico-Legales, variis Notis Juridicis & Medicis adauctæ. 1685.

Quil. Maxuelli, Angli, libri 3. de Medicina magnetica, ex Muſæo Franci noſtri prodierunt, Francof. 1678.

Tr. poſth. de palingeneſia artificiali plantarum Hal. in 4. An. 1717. auctus & emendatus abs J. C. Nehring. huic ſubjicitur elogium Franci, a celeb. Norimb. Medico, D. Godofr. Thomaſio, ſcriptum. Prodierat Tract. ſuperſtite adhuc Franco, Heidelb. 1680. vid. Neue Biblioth. N. 57. p. 541. Nachleſe, p. 827.

Diſſertationes varii argumenti.

Ineditis accenſenda ſunt Commentaria Exeget. in S. Scripturam: de iis Relatt. Innoc. An. 1717. p. 812. ſequentia commemorant:

Es iſt unter andern Speciminibus Bibliſcher Wercke bekannt worden, des Kön. Dän. Leib-Medici und Juſtitz-Raths, Hr. G. Franck von Franckenau, Opus Biblicum, der mehr als 1000. Commentarios über die Bibel excerpiret und zuſammen getragen ꝛc. Autor ipſe de iis in literis dat Hafn. VI. Kal. Mart. 1704. ita: *Bibliotheca mea facile 8000. volumina complectitur. Horas vero meas ſubciſivas ſacræ dedicavi lectioni, ita ut ab aliquot annis Commentarium in SS. Biblia per ſpicilegium quoddam collegerim XIII. Voll. in Fol. Ipſa vero S. Biblia B. Lutheri a principio matrimonii mei usque huc jam 72da vice perlego, abs ullo ordinarii laboris detrimento.* Et in Epiſtola vernacula dat. Hafn. 1702. 12. Sept. Nun kömmt allmählig bey mir das Alter heran, und mercke ich augenſcheinlich den Abgang der Kräffte, habe aber

aber meine einzige Luſt an GOtt und ſeinem Wort. Wie denn ohne eiteln Ruhm zu melden, von Zeit meines Eheſtandes die H. Bibel nun 61. mahl durchgeleſen, auch horis ſubciſivis aus allerhand Auctoribus notas biblicas geſamlet auff XII. Folianten, und darinnen bereits bey 2000. Auctores ſacros & profanos allegiret, welches mein angenehmſter Zeit-Vertreib, ſonderlich wenn ich allergnäd. Herrſchafft aufs Land folgen muß * * * Addit porro: Sonſt hätte ich groſſe Begierde, meinem liebſten Vaterland zu Ehren und Beſten, eine Naumburgiſche Chronicke einmahl im Druck zu ſehen, de Epiſcopatu & urbe Naumburgenſi, weil zumahl in der Dom-Kirche noch ſchöne Antiquitæten. Subjicit deinde quædam de Chronico B. *Zaderi*, & finit: Neſcio qua natale ſolum &c. Tandem: Ich habe inzwiſchen eine Bibliothec von mehr als 8000. Voluminibus, wie auch ein klein Münz-Cabinet von antiquen und modernen, auch ein Muſæum curioſarum rerum naturalium geſamlet ꝛc.

Viſum eſt aliquando Ill. Franco noſtro in campum Philologicum excurrere. En ſpecimen quoddam in literis, dat. Argentin. An. 1666. d. 10. Aug. ubi ita: *Ne ἄμυσος diſcedam, ex te noſſe aveo duas vocales a, æ, & jungendi cauſas. Litem enim cum M. non ignoro. Peto ut ocyus hic ſuccurras mihi, quo aliis ſuccurram. Quid ſentis de U ex Græcorum Υ, legaturne Latinis vav an U? poſterius ego. Ut inde rectius eu-angelium; velut eu-phonia, eu ge: ita quoque eu-ander, non evander. Ratio, quia Virgilius ſemper primam producit, qua alias, ſi vav foret conſonans, & legeretur ut vau; corriperetur, quia E habet. Præterea tuum & aliorum de lapidibus & aliis MS. citius transmitte. Uſui erit maximo.*

Not.

1) Antipelargiæ exemplum præbuit Ill. *Francus*, parentes quippe ſuos Heidelbergam ad ſe evocavit, liberaliter habuit, ibique etiam extinctos honorifice contumulari, atque ſermonem funebrem publice excudi curavit. Ipſe ita ſcribit in literis Heidelberg. 1674. 21. Apr. *Forte fata volent, ut vel hac æſtate adhuc Vos inviſam; animo enim eſt, dilectiſſimum parentem ad me evocare & ἀντιπελαργεῖν.*

2) Tenerrimo amore ad urnam usque complexus eſt hunc Præceptorem, id quod literæ ipſius penes me latitantes ſatis ſuperque edocent. Sin-

gulare est, quod filium suum eadem methodo formaverit, ita enim in literis ad Prettenium Francof. ad Mœn. 1685. d. 15. Apr. datis: *Filius natu maximus 16. annos natus paucis retro diebus e Gymnasio Heidelbergensi eximebatur, nunc que lectiones frequentat publicas, insistitque eidem viæ regiæ, quam Te bodegeta olim ego trivi, maximo adhuc cum emolumento, unde & Tibi ubs me immortales gratia &c.*

3) Venit Argentoratum An. 1666. M. Aug.

4) Audiamus ipsum B. Virum in literis Argentor. 1672. 11. Mart. *Sciat porro, quod nos ita pridem Serenissimo atque Potentissimo DN. Electori Palatino, DNo meo Clementissimo, clementissime placuerit, me (ubi antea eorum curiosissimis quibusque Physicis, Medicis, ac Mathematicis discursibus vires meas ipse satis explorarat) Argentorato evocare, & ad Professionem Medicam ordinariam lauto stipendio Heidelbergam convocare. Ægre quidem Argentoratenses mei me dimittunt, & spe, qua hactenus frustra, lactare conantur futuræ Professionis in sua Universitate. Sed cum hæc Palatina sit ordinaria, nullisque modis aut mediis extorta, ei deesse nolui, sed consensum meum fidemque Serenissimo dedi, statimque post Pasthatos auspicio divino Heidelbergam antiquissimam pergam cum 6. Studiosis Auditoribus & commensalibus; præeuntes vero uxor aliquot septimanis post sequetur cum familia. Nec est quod vereamini conscientiæ torturam; Religio enim nostra orthodoxa pure ibi & libere viget, suntque adhuc 3. Professores Lutherani, ut taceam plurimos & præcipuos Serenissimi ministros, ac permultos alios cives. - - - - Sciat tandem, me jam tertia vice ab illustri S. R. I. Academia curiosa honorifice invitatum, ut adderer tanto Viro Collega, nec his deesse potui, utut voluerim &c.*

5) Id quod factum An. 1695. M. Jun.

LXXI.

M. Theophilus *Colerus*, Lipsiens. Ad Rectoratum Scholæ Numb. vocatus An. 1648. Officium scholasticum An. 1660. commutavit cum Ecclesiastico, eo quippe anno Pastoratus Osterodensis in Ducatu Grubenhag. ipsi collatus est. Tandem An. 1675. accersitus est Jenam ad munus Pastoris & Superintendentis, quo ad finem usque vitæ functus est. † 1685.

Inter Programmata Numburgi ab ipso conscripta ac edita, sequentia mihi innotuerunt:

De

Digitized by Google

De trito illo: Poſt Martinum bonum vinum. Jen. 1652. 21. Nov. in quo de Vino agitur.

De Natali Chriſti, Jen. An. 1653 30. Dec.

Non incommodum erit, ex illo repetere, quæ de ritibus tempore Adventus habet: *Ut per candelas in S. Cœnæ celebratione non modo de tempore, quo divinum hoc epulum primo fuit inſtitutum, ſed de graviſſimis ſimul primorum ſeculorum monemus perſecutionibus, per quas in ſubterraneis locis ac cellis demum, chriſtiana ſacra fuerunt peragenda: ita beatiſſimorum vivorum forte inſtituto non præparare nos tantum ad natalitia ſolennia, ſed luctuoſum & triſtiſſimum illud expectati Meſſiæ tempus, per quatuor hebdomadas, animo inſimul concipere debemus. Nec adverſari conjecturæ videtur æque antiquus mos Eccleſiæ, quo per omne ſepius laudatum tempus, idque lugubriter ac nigris, quæ dicebant, pammentis celebrandum, non latitiæ modo politicæ ac civili, in prohibendis nuptiis, ludis, choreis, comeſſationibus, obicem poſuit cautæ ac ſanæ illa Vetuſtas, ſed quo & ſpiritualia omnino gaudia, quæ in ſanctiſſimis aliis canticis: v. c. Gloria in Excelſis: Te Deum laudamus: & in aliis ſimilibus, gaudemus, ceſſare illa apud omnes pios voluit. Omnia in eum finem, ut eſſet ſimulacrum aliquod, aut monumentum ſeu Symbolum, quo ipſo triſtiſſimam & afflictiſſimam Patrum conditionem, antequam veniret plenitudo temporis, & ubi omnes nihil ante differebant a ſervis, tanto rectius æſtimaremus, quæ tot annorum millibus mutata demum fuit. Ut nihil jam addam de verſa ſortis gaudiis, quæ, quibus tenerior juventus in Vigilia Nativitatis exhilarari ſolet donis, præſentare ſanctiſſimi Majores inſtituerunt &c.*

De Angelis, Jen. 1654. d. 27. Sept. in quo de Ordinibus Angelorum, de natali, de numero &c. diſſeritur.

De exorto Sole juſtitiæ, Jen. 1656. d. 14. Mart. ubi de quadruplici ipſius ſingulariter ſolenni ortu juxta ſingulos ætatis mundi quadrantes agitur, *verno:* in facta promiſſione, *æſtivo:* in Incarnatione, *autumnali:* in converſione Germaniæ ſub Carolo M. *hyemali:* in iterata patriæ illuſtratione tempore Reformationis.

De paſſione Domini Jen. 1657. d. 24. Mart.

Digitized by Google

De Extremo Judicio ad verbi divini ductum Jen. 1657. d. 21. Dec.
De cœleſtibus Salvatoris Jeſu Chriſti Natalitiis. Jen. 1659. d. 29. Dec.
Editæ quoque ab ipſo Jenæ ſunt variæ Conc. Funebr. vid. Gelehrt. Lex.

LXXII.

D. Rudolphus Wilhelmus *Crauſius*, Numburg. Medicinæ Prof. Extraord. factus eſt in Academia Jenenſi An. 1671. atque eodem anno etiam Ordinar. Poſtmodum An. 1673. Facultatis Senior. † An. 1718. d. 26. Decembr.
Diſſertt. & Programmata abs ipſo foras data, enumerat *Zeumer.* in Vitt. Proff. Jen. Claſſ. 3. p. 72.

LXXIII.

Caſpar Matthæus *Eylenberg*, parentem habuit *Caſparum*, Oeconomum Scholæ Portenſ. qui † 1647. Illuſtris collegii Canon. Numburg. Syndicus, vir induſtrius, rerumque hiſtoricarum oppidò gnarus, cui cum B. Caſp. Sagittario peculiare interceſſit literarum commercium. † 1696. d. 25. Dec. æt. 66.
Librum de Caſibus Tragicis conſcripſit, de quo *Ludovic.* Schul-Hiſtor. P. 2. p. 237.
It. Tract. MS. de ſucceſſione ab inteſt. v. Fiſcher's Statut. der Stadt Naumburg f. 23. & 30.

Facere hac occaſione non poſſum, quin ſignificem, librum MStum mihi eſſe, & dedicatum Joh. *Theillio*, Rectori, *de Caſibus Tragicis Virorum, Scriptis & eruditione illuſtrium* Caſp. Matthæi *Eylenbergii*, editum enim eum eſſe, non comperi, dignum tamen, qui, ex recentiore hiſtoria ſi allatæ fuerint acceſſiones, foras aliquando proferatur.

Ejusmodi acceſſionis loco ſubjiciam ſtatim exemplum *infelicis literati*, patriæ pariter Numburgenſ. & quidem ex *Löberi* Hiſt. Eccl. Orlamund. p. 312. ubi hæc de eo refert:

Heinricus Kettwig, Naumburgenſis. Vocatus An. 1642. Dom. 2. Adv. (ſc. Keslariam in Diœceſi Orlamund.) Huic exantlatis ſummis belli injuriis, DEus largiter benedixit. Unde ſucceſſu temporis nonnulli obſervantes,

Digitized by Google

vantes, bonum hunc virum aliquid pecuniæ in ovili abſcondere, eidem inhiarunt. Is vero jacturam paſſus, animi anxius, in eam incidebat dementiam, ut pro pecunia recuperanda, ſuſpectas perſonas conſuleret, & artibus ſuperſtitioſis, adjuvante Ludimoderatore, uteretur. Criminum convictus ab Ill. Conſiſtorio ab officio deponebatur An. 1667. & una cum uxore & Ludimoderatore (etiam remoto) & alio quodam incola (qui eum conſilio juverat) publica pœnitentia, Eccleſiæ ſcandalizatæ cogebatur ſatisfacere. Quibus peractis, Satanas virum hunc graviſſimis tentationibus inquietabat & cribrabat, ut ſæpe mente motus videretur, & frequentes Confratrum ſuorum viſitationes parum proficerent. Imo periculum erat, ne vel vitæ ſuæ, aut aliorum, damnum inferret: unde catena ſuo alligabatur cubiculo fere usque ad tempus mortis, quæ infelici obtingebat Anno 1670. d. 15. Mart. anno ætatis 55.

LXXIV.

D. Jacobus *Wolffius*, Numburg. Initio varia eruditionis ſuæ ſpecimina edidit in Academia Lipſienſi, deinceps An. 1670. Jenam ſe convertit, porro aliquot annis Altenburgi transactis, Jenam rediit, atque An. 1690. d. 17. Maji Profeſſor Medic. Extraord. renunciatus eſt. † 1694. d. 25. Jul. morbo contagioſo, 52. ætat.

Vitam atque Exercitt. ipſius Medicas prolixius ſuggerit *Zeumer.* in Vitt. Proff. Jen. Cl. 3. p. 90.

LXXV.

M. Joh. Reilhacker, Numburg. 1) Con-R. Scholæ Nicolaitanæ Lipſ. 1699. unde evocatus eſt ad Rectoratum in D. Annæ montibus 1702. quem ultra quinquennium ad extremum usque vitæ halitum magna fide ac dexteritate geſſit. † 1708. d. 12. Mart. æt. 40. In ſcriptorum ab ipſo emiſſorum numero ſunt:

Diſſ. de Muſæo Alexandrino, hab. Lipſ. Præſide D D. Adamo Rechenbergio An. 1698. cujus Exercitt. Acad. inſerta legitur T. 2. p. 523. allegatur in Fabric. Bibliograph. Antiquar. p. 619. it. p. 48.

Curieuſe Hoffmeiſter, 2. Theil, ſub ficto nomine Ferdinandi Neoburgi, Lipſ. 1702.

Die Durchlauchte Conference, loco Supplementi des Hofmeiſters 1703.

Invi-

Invitatio ad Ludos Gymnicos Scholæ Annæmontanæ. 1703.
De Fatis incendiorum Urbis Annæmontanæ 1704.
Invitatio ad Iliadem ulteriorem de Fatis Urbium, carminice 1704.
De Fatis Principum, ſeu ſacrum parentale pro memoria Leopoldi. I. Imp. An. 1705.
De Fatis literarum. 1706.
Genethlia Chriſti.
Meletemata de Paſſione Chriſti. 1707.
Autor etiam eſſe dicitur Bibliothecæ novorum librorum, quæ ſub adſcito nomine *Neocori* in Hollandia impreſſa eſt A. 1698.

Not.

1) Numburgenſis vocatur in excitata Differt. apud B. *Rethenbergium*, quia in agro Numburgenſi, nempe in oppidulo Oſterfeld natus, Numburgi vero, quorſum parentes ipſius migrarunt, educatus, ibique tum in Schola Senator. tum Cathedrali, bonis literis imbutus eſt. v. Progr. Exequiale M. Georg. *Mülleri*, Con-R. Annæmont. in *Wilſchii* Incunab. Schol. Annæb. p. 189. Extat ibidem p. 194. Elogium ſepulcrale *Dopperti*, dignum omnino (uti omnia Viri illius celeberrimi) quod huc ſubeat:

Dis. Manibus.
Et.
Memoriæ. Sempiternæ.
M. JOHANNIS KEILHACKERI
Rectoris. &. Philologi.
In. D. Annæ. Montibus.
Celeberrimi.
Sit. hoc. Elogium. Sepulcrale.
S.

Continet. Hic. Tumulus. Oſſa.
M. JOANNIS. KEILHACKERI,
Philologi. Percelebris.
Viri. DEO. Muſisque. Accepti.
Et.
De. Lyceo. In. D. Annæ. Montibus.
Efflorenti.

Immor-

Digitized by Google

Immortaliter. Et. Ultra. Invidiæ.
Stimulos. Promeriti.
Quem. Sua. Virtus. Et. Ampla. Liberalium.
Artium Cognitio. Ac. Jugis. Annalium.
Perveſtigatio. Eruditis. Commendat.
Et. Doctrina. Multijuga. Judicio. Induſtria.
Meritis. Eximiis. Ac. Condecentibus.
Honoribus. Temperata. Longe.
A. Vulgi. Conſortione. eximit.
Monimenta. Hiſtorica. Geographica.
Orientis. Triplicisque. Græciæ. Ac. Docendi.
Donum. Eximium. Et. Svavis. Cum. Viris.
Eruditione. Claris. Verſandi. Conſuetudo.
Vindicant. Ab. Interitu. Keilhackerum.
Et. Gloriam. Domi. Forisque. Partam.
Poſt. Fati. Legem. Sartam. Salvamque.
Conſervant.
Docuit. Lipſiæ. Et. Annæbergæ.
Spartamque. Commiſſam. Vel. Ad. Extremum.
Vitæ. Halitum. Et. Inter. Exulceratos.
Hydropis. Cruciatus. Cum. Bonorum. Plauſu.
Et. Sanitatis. Jactura. Impigre. Complevit.
Et. Vel. Ideo. Deflendus. Quod. In. Optima. Ætate.
De. Sua. Statione. Non. Sine. Numinis.
Supremi. Nutu. Ceſſerit. Ac. Urbi. Amicis. Conjugi.
Mœrenti. Scholæque. Proſtratæ. Triſte. Sui.
Deſiderium. Reliquerit.
Tandem. Voti. Sui. Compos. Et. Vitæ. Satur. Immaturæ.
Amicorum. Delicias. Haud. Sentit. Amiſſas.
Quas. Omnes. In. DEO. Præpotenti. Concludit.
Nec. Vani. Fluxique. Temporis. Jacturam. Deplorat.
Quod. Totum. Æternitate. Circumſcribit.
Nec. De. Fati. Acerbitate. Conqueritur.
Cui. Debet. Immortalitatem.
Nec. Seculi. Honores. Laboresque. Amplius. Curat.
Jam. Dominus. Æternorum. Et. In. Perpetua.
Tranquillitate. Conſtitutus.
Nec. Laborat. De. Intercepto. Mortalis. Vitæ.

Cursu. Breviore.
Cum. Jam. Jam. In. Possessione. Immortalitatis.
Securus. Tranquillusque. Conquiescat.
Cum. Mors. Loquendi. Facultatem. Interciperet.
Eloquentiam. Qua. Vivus. Excelluit. Non. Amisit.
Quoniam. Mortalis. Linguæ. Defectum.
Immortalis. Mens. Minus. Persensit.
Hinc. Mortuorum. Hominum. Officia. Tunc.
Non. Quæsivit. Quos. Antea. Assiduo.
Labore. Ac. Diligentia. Improba. Legendo. Et. Meditando.
Contriverat.
DEum. Et. Immortalia. Spectabat.
Ex. Quorum. Interna. Meditatione. Scrutabatur.
Scientiam. Sine. Labe.
Doctrinam. Cum. Virtute.
Æternisque. Radicibus. Infixam.
Quod. Experientia. Quotidiana. Discimus.
Nunquam. Tamen. Satis. Scimus.
Illud. Jam. Rursum. Sed. Experimento. Nimis.
Luctuoso.
Plus. Quam. Satis. Hausimus.
Ne. Doctor. Et. Sagacioris. Ingenii. Florentisque. Adhuc. Ætatis.
Viros. A. Moriendi. Lege. Eximi.
Sed. Præter. Spem. Et. Opinionem. Ferales. Dies.
Præcipitari.
Crevit. Jam. Keilhackerus. Hæreditatem. Æternam.
Bustum. Exornant. Rosæ. Et. Lilia.
Quæ. In. Sempiternam. Amicitiæ. Memoriam.
Carissimis. Manibus. Spargit. Simulque.
Supremum. Vale. Pronunciat. Amicus. Mœrens.
Et. In. Intimis. Pectoris. Penetralibus.
De. Insperati. Fati. Acerbitate. Tactus.
M. DCC. VIII. M. Martio. M. Jo. *Doppertus*, R. Lycei. Sneeberg.

LXXVI.

D. Joh. *Pretten:* Numburg. 1) Patrem nactus virum honestum, Johannem Pretten, vietorem. In Schola patria atque Gymnasiis Gerano & Hallensi optime institutus An. 1656. in Acade-

Digitized by Google

demiam Lipſienſem diſceſſit. An. 1659. d. 15. Nov. cura Scholæ cathedralis ab Ill. Canon. Numb. Collegio ipſi fuit demandata, mox An. 1663. d. 14. Aug. a Senatu Numb. vocatus eſt ad Diaconatum in æde Wenzeslaitana. Poſtea An. 1681. alia, & quidem inexpectata vocatione Sereniſſimi Epiſcopatus Numb. Adminiſtratoris Div. Mauritii, partes Paſtoris & Superintendentis Siluſini in Comit. Hennebergenſi ſuſcipere juſſus eſt. Elapſo triennio An. nempe 1684. Senatus Numb. ad munus Paſtoris Prim. ipſum revocavit, cui etiam ad vitæ usque exitum cum laude præfuit. † An. 1708. d. 15. Mart. ætat. 73.

Monumenta ingenii reliquit:

Progr. de Natali Chriſti, quod de Natalibus præcipit. Ciz. 1659. d. 28. Dec.

De Angelis, ubi 2. Section. fuſius de Geniis agitur. Ciz. 1660. plag. 4.

Cupreſſus apud Tumulum *Eleonoræ Magdalenæ*, Filiæ Sereniſſimi D. Mauritii. Ciz. 1661. Kal. April.

De Grammatica, ſeu Invitatio ad Valedictorias Hartmanni & Quirini Schacherorum, Ciz. 1661. Kal. Maj.

De Vigiliis & Somno, ſeu Invitatio ad *ἀποβατήριον*, Jo. Balth. Himmelii, D. Enochi fil. Ciz. 1661. plag. 2.

Diſſ. de Altercatione Michaelis Archangeli cum Satana, Ciz. 1661. plag. 2.

De Spiritu S. & Septenario S. Ciz. 1662.

De virtute, nobilitatis matre, ſ. Invitatio ad Sermonem apobaterium E. B. ab Atzendorff. Ciz. 1663. plag. 2.

L. de Notis ſ. Siglis Antiquorum 2) ad Lipſii Ep. 27. Cent. 1. Edit. Ciz. 1660. in 12.

Biblia Schleuſingenſia, 3) impreſſa 1684. in 4. & fol. 1691. in 4. 1694. in fol. 1695. in 4. 1698. Acceſſit Index vocabulorum Germanicorum obſoletorum. 4)

Orat. Paneg. in obitum D. Sophiæ Eliſabethæ, viduæ Sereniſſimi D. Mauritii, Schleuſingæ hab. & B. Ludvvigii, Concion. Aul. Conc. Exequial. inſerta. ed. Ciz. 1685. in fol. maj.

Not.

1) Vitam Prettenii recenſet **Weinrich** im Henneb. Kirchen- und Schul-Staat, p. 419. conf. Conc. meas Funebr. ſub Tit. Pflicht gegen die Todten, p. 49. ubi ipſius Symbolum refertur: In vulnera Jeſu mei fugio, In vulneribus Jeſu mei quieſco, In vulneribus Jeſu mei moriar. Veni mi Jeſu! Amen.

2) De hoc libello ſequentes *Reineſii* literas lubet ſubjicere.

S. P.

Redeunt ad Te, Vir Reverende, quæ Tuis mecum communia eſſe voluerat, ita uti optima maxima venerunt: agnoſco gratificandi mihi voluntatem, eademque erga deſideria, ſi quæ fuerint, tua me futurum recipio. MStus P. de Vineis in omnibus, cum edit. Baſil. Schardi a. 1566. convenit. Lapides Moguntinos omnes jam ante excerpſit ex Hutticho & Apiano Gruterus, locis, quæ notata habes ad margines tuarum ſchedarum. Abbreviationes Juris Canon. collectas ediderunt jam olim. Libellum tuum de Siglis exhibuit inſpiciendum mihi ille, qui literas tuas adferebat; in eo, quas e Paulo producis interpretationes, plurimæ fallunt. In GNRS. litera quævis ſyllabam facit: GeNeRoSus, ut in illo CPRBR τὸ comparaberunt. J. O. M. I. M. reddendæ ſc. Jovi Optimo Maximo Junoni Minervæ: uti toties expreſſum in ſaxis. Silexerius, quod monſtrum pepererunt Editiones Pauli, eſt Siremps Lexeii. KMN eſt Capitis Minutio. H. A. C. Hoc Amplius Cenſeo: formula in judiciis uſitata; nota e Plin. l. 2. ep. 11. τὸ C nota eſt Centenarii: additum ergo quinario notat quingenta VC. eademque figura quingenteſimum annum ſignari notavi aliquando in campana adis ad D. Bartholom. Altenburgi: neque dubito, quin ſic in MStis ſeculi decimi quarti & quinti reperiatur. Ita bene vale & ſalve

a *Reineſio.* Lipſ. 9. Jul. a. 1666.

Inſeram hic pariter alias a Celeb. *Daumio* ad noſtrum datas:

ὑπερευδαιμονεῖν!

Cl. & Præſtantiſſime Vir, Fautor & Amice pl. honorande.

Non male dixit, qui dixit, multos mereri famam, qui non habeant; habere multos, qui non mereantur. Id vel dum verum experior. Indignor tamen, me, qui nullo modo mereor famam, famæ tamen invitum alis volitare per ora virum, & latibulum cupitum mihi ſic ſubtrahi. Sane tua Epiſtola cum gratiſſimo dono inopinanti adveniens quam ſtupefecerit me, cum ignotam manum conſpicarer, & ignoti amici tantum favorem imme-

immerens cognoſcerem, non facile explicavero. Nec quid hic reponam, ſtatim ſubit. Infinities enim me diſturbat avocationum catena, ita, ut nec meus ſim, nedum aliorum, niſi maxime eſſe velim, & ſim quoque aliorum. Quapropter, cum præter ſolas gratias, quas verbis ago habeoque plane ſingulares, reipſa nihil adſit, quod pro pulchro & erudito tuo Donario reponi queat, imparem & imparatum benevole excuſabis, & epiſtolari tamen hoc garritu cognoſces, ſi non votis tuis ſatisfactum ſit, tuas ſaltem recte appuliſſe. Quibus diligentiores quidem & accuratiores ſub primo amicitiæ noſtræ initu maxime debebam. Sed neque occupationum continua (quod dixi) ſeries, neque valetudinis, cum qua non ſemper convenit, habendæ ratio id patitur, præſertim proximantibus Lipſienſibus Nundinis. Williſſus ne nomine quidem hactenus notus mihi fuit, & vix Davum reperies, qui Oedipum me quæris. Inſcriptiones Gruteri, quas Nobiliſſ. Barthius p. r. olim venales mihi proponebat, quod Indicibus deſtituerentur, repuli. Et jam audio illius Exemplaria poſſeſſorem Excellentiſſimum, Dn. M. Boſium meum, Prof. Jenenſem. Neſcio an M. Valer. Probi libellum cum Henr. Ernſtii Notis, Soræ 1643. in 4. editum, videris, & quæ Trithemius Poligraphiæ ſuæ adjecit. Alia feſtinanti nunc non ſuccurrunt. Nam d. Reineſii Epiſtolas & alia quid commemorem, nemini non notiſſima, huc facientia? Subſcriptio Portenſium Codicum, ſi vatem optimum ago, b. e. ſi recte conjicio, notabit puto Monaſterium l. Fanum, ad quod Codex ille pertinuit olim. Quales ſubſcriptiones in meis diverſorum Auctorum membranis, & vetuſtis etiam editis Codicibus, non ſemel lego. Boſangia (Kloſter Boſen) vero quæ ſit, memoriæ nunc non obvium plane eſt, nec ut inquiram ſollicite, vacat omnino. Hæc ad tuas Vir Clariſſime raptim tenuiterque pro more volui potuique, occaſione urgente, utque quas adjeci meas ἐκπυλλίδας (cum aliunde nunc nihil detur) ſine moleſtia aſpectu, meque favore tuo ulterius dignari velis, etiam atque etiam rogo atque obſecro. B. vale Vir Clar. Dabam Cygn. 4. Kl. Maj. 1661.

Cl. Tuæ Præſtantiæ

ſtudioſiſſimus

Chriſtianus Daumius.

Num in Bibliotheca Portenſi, aut alibi, veteres aliqui Verſifices, puta, *Henricus*, Samarienſis ſ. pauper dictus, *Bernardus* Silveſter & *Ganfredi* Nova poëtria (ut inſcripſit) lateant, ſi me, per occaſionem, docueris, peculiare debebo *μήνυτρον.*

Salutem a Jesu!

Cl. & Præstantissime Dn. M. Pretteni,

Fautor & Amice honoratissime.

Ecce Tibi Epithalamium satis deproperatum & ab animo non poëtaturiente, saltem ut statim occasione mittendi commoda oblata gratificarer petitui tuo, quod amicorum est, & funderem preces pro salute & felicitate tui conjugii, quod Christianorum. Boni consules, quicquid id est, & tenuitatis me excusabis, qui Camœnas in potestate non habeo, & tam amice invitatus, comparere tamen per infinita impedimenta vetor. Pro missis Programmatibus gratias ago Musicas, cum quod refundam, fere nil habeam. In Versificatores autem illos quod diversis in locis inquisivisti, te plurimum amo. Quorum utinam Nomina cognoscere licitum fuisset, qui a me quidem non fuerunt notati, tamen forte desiderati, quorum non exigua copia & alibi a me indicabitur. Quod si nomina forte illis poëmatibus, ut solet, aliquando desint, ut vel initii horum compotiar, dabis, si me amas, operam. Quanquam fusius ego, qui talium curiosus sum, cum nec optimorum studiorum jam magna fere sit gratia præmiumque ullum. Indulgebimus tamen aliquando animo leniendo dolori potissimum, & in officio perstabimus. Sed hac raptim, ne occasio præterlabatur, Tu Clarissime Vir, bene iterum valebis, καὶ γάμῳ ἐπὶ τῷδε χαρείης! Dabam Cygneæ, postridie Kal. Jul. cIↃ IↃC LXI.

Præstantiss. T. Clar.

studiosiss.

Christianus Daumius.

Binis exemplis Epithalamiorum, quibus meum ineſt, ſi potiri me facias, rem gratam præſtabis.

* De Poëtis medii ævi, a *Daumio* hic indicatis, conf. etiam ipſius Epiſtolas a Rev. *Gleichio* Chemnic. 1709. ed. & quidem P. 4. identidem p. 49. 76. 129. 131. 133. 134. 163. 184. &c. Ipſe in lucem extulit *Bernardi* Geyſteuſ. Palponiſtam, Cygn. 1660. in 8. v. *Ludov.* Schulz Hiſtor. P. 3. p. 114. *Fabric.* Bibl. Lat. p. 721. & quæ in Supplement. p. 301. Vir Celeberrimus monuit de editione *Daumio* non viſa, ipſe animadvertit jam in Epiſt. P. 4. p. 129. conf. *Lyſeri* Hiſt. Poet. med. ævi. p. 2001. *Henricum* Septimellenſ. ſeu pauperis Elegiam foras dedit *Daumius*, Lipſ. An. 1680. in 8. vid. *Ludov.* l. c. p. 119. Elegiam hanc

hanc Hiſtoriæ ſuæ modo excitatæ denuo inſeruit *Lyſerus*, ubi p. 453. ait: *Quamvis de editione Daumiana certior fuerim factus, tamen quoniam & varior occurrit, & forte minus noſtra correcta eſt, in propoſito perſiſtam, daboque carmen integrum. Adhibui duos Codd. priorem ex Helmſtad. Academ. Biblioth. poſteriorem ex Ducali Gvelpherbytana &c. Marium Victorem* B. *Daumius* ad typos deſcripſit, ſed inter inedita adhuc delitescit. conf. Epiſt. Daum. P. 2. p. 49. & 66. & du *Freſne* Gloſſar. M. & in f. Lat. in Indice Autor. præfixo. de *Ganfredi* ſeu *Galfridi* de vino ſalvo Poetria vid. du *Freſne* l. c. *Lyſer.* l. c. p. 855. qui etiam p. 862. Poetriam illam integram exhibet. *Petri de Riga* Auroram tangit Daum. Epiſt. P. 2. p. 81. 52. 55. 70. 140. Plura habet *Lyſerus* l. c. p. 692. ſqq. conf. du *Freſne* l. c. *Fabric.* Biblioth. Lat. p. 712. & 718.

3) De Bibliis Schleuſing. v. le *Long* Biblioth. S. & quidem Elench. Chronol. p. 546. 550. B *Mayerus* in Hiſt. verſ. Germ. Bibl. Luth. ed. Hamb. 1701. p. 49. ita cenſet: *Paulo majore libertate uſus eſt D. Pretzhenius, Paſt. Naumburgenſ. in Bibliis Schleuſingæ editis, An. 1684. quæ recuſa ſunt A. 1694. & Lipſiæ paucis quibusdam locis mutatis A. 1694. fol.* Quæ vero fuerit illa libertas, ex inſtituto B. Viri diſpaleſcit, quod in Præfatione expoſuit, atque ab ipſo *Mayero* l. c. latine redditum hoc eſt: *Quantum licuit, hoc egimus diligentiſſime, ut correcta pura accuratæque Biblia Germanica in lucem ederemus, unde varia Exemplaria vernaculo idiomate, eaque puriſſima & optima quæque antiqua & recentiſſima ſtudio indefeſſo, nocturna pariter diurnaque induſtria conſulimus & comparavimus* (in ſubſidium ſcilicet vocaverat ſtudioſos quosdam, quod ex ore ipſius B. Viri me audiviſſe memini) *& ubi varia neque ſatis inter ſe conſpirantes lectiones, verbaque diverſa non tam quoad Orthographiam, quam ipſum ſenſum occurrerent, ea ad Ebræos fontes in V. & ad Græcos in N. diſcuſſimus, retentis ſelectisque iis, quæ ad eosdem propius accederent, quorum numerum maximum ſane deprehendimus, & cuilibet, qui hoc deſideraverit, poſſimus demonſtrare. Hunc laborem ego minimus ſervorum Domini ad DEI mei gloriam, meumque & proximi uſum ſalutarem in me ſuſcepi, & benignitate divina annuente jam ad umbilicum perduxi. Ubi monere debeo, me eſſentialia Verſionis B. Lutheri, quam emendavi, neutiquam temere invaſiſſe, ſolis exceptis iis, quæ pridem alii doctiſſimi Theologi, neque invito D. optimo Luthero in ſcriptis ſuis paſſim obſervarunt, ubi nihilominus, quantum fieri potuit, autoritas locorum a B. Viro*

Viro ipso & aliis celeberrimis Theologis emendatorum diligentissime sarta tectaque servata fuit. Caeterum nolim gloriari, nullas a me varias Lectiones esse praetermissas &c. Repetuntur haec a *Trillero* in Praefat. Versioni N. T. novae praescripta, his additis: Es ist dißfalls billig zu rühmen der grosse Fleiß, welchen Herr D. Pretten, Ober-Pfarrer in Naumburg, bey Ausfertigung der Schleusingischen Bibel, angewendet, und manches, was in andern Bibeln nicht gewesen, aus dem Grund-Text dazu gesetzet, und ob er zwar alle Fürsichtigkeit gebrauchet, sich an den Essentialibus der corrigirten Dollmetschung des Herrn Lutheri nicht zu vergreiffen, doch nicht unterlassen, derselben zuzufügen, oder zu ändern, was andere in ihren Schrifften an der Version hin und her errinnert ꝛc.. Scilicet mendae nonnullae diligentius sunt annotatae, e. c. Ex. XXVII. 10. XXXV. 10. aut loca quaedam alias omissa, ex fontibus inserta, e. c. Lev. XV. 22. Joh. IIX. ult. *Trillerus* tamen ad Biblia ista eam ob causam provocat, ut novo quasi argumento ostendatur, quam juste Versionem suam procurarit. Hinc Rev. *Zeltnerus* in Diss. de Novis Bibliorum Versionibus Germanicis non temere vulgandis p. 62. Trillerum reprehendit: *Praeter jus & fas*, inquiens, *in Versione nova occupatus Trillerus ad recentiores Theologorum operas in Bibl. Luth. edendis & emendandis impensas provocat, quasi viam, quam & ipse calcarit, isti praeiverint. - - - Tantum enim abest horum institutum a nova Translatione producenda, ut passim istud potius dissuaserint, Dn. Prettenius vero explicite monuerit &c.*

4) Indicem hunc laudat B. Dieter. *a Stade* in der Erklärung der Deutschen Wörter in der Uberſetzung der Bibel Lutheri, ed. Bremen 1717. & quidem in Praef. p. 6. nov. ed. 1724. his verbis: So hat auch Herr D. Joh. Pretten, Ober-Pfarrer zu Naumburg, der 1698. gedruckten Bibel Herrn Lutheri eine Erklärung der Alten und anderer, an vielen Orten unbekanten in der Deutschen Bibel befindlichen Wörter vorgesetzet. Et in nova Praef. J. F. a. St. p. 5. Auſſer der gedachten Erklärung, so von Herrn Johann Pretten, damals Superintendenten zu Schleusingen, der daselbſt gedruckten Quart-Bibel An. 1684. zuerſt vorgesetzet worden, nicht allein der Hälliſche Theologus, Herr A. H. Francke, in öffentl. Zeugn. vom Wort GOttes p. 472. ein Verzeichniß der undeutlichen Wörter aus eines ungenannten MS. Vocabularium Biblicum genannt, excerpiret, ſondern auch Herr J. E. Berger zu Berlin im Unterricht von Deutſchen Bibeln, ed. 1719. p. 40. &c. Consilio ac jussu Ill. *Seckendorfii* hunc Indicem a Prettenio adornatum esse

esse jam monui in der Pflicht gegen die Todten, p. 40. in Not. B. *Spenero* quid de toto opere visum fuerit, ex literis ad Prettenium datis patet, quas integras hic inserere operæ pretium erit:

A Jesu nostro mortis triumphatore
omnem mortis ipsius & resurrectionis virtutem!

Vir Maxime Reverende &c.

Inter occupationes varias non nisi cursorio calamo ad gratissimas tuas respondere valeo: nam qui hactenus sub prelo gemuit Tractatus de justificatione, exeuntibus quidem nundinis nondum prodiit, sed adhuc aliquot certant imprimendi quaterniones, quos tamen editos cras aut perendie expedire sperat, ego vero in curandis illis ultimis paginis ita distineor, ut vix aliud cogitare liceat. Affectui vestro in me, qui ex tota epistola & omnibus pene lineis promicat, gratias ago maximas, sed prater has, amorem reciprocum & pias preces, quod reponam, non habeo. Mea Theologica inter vestros libros majori ex parte numerari ex transmisso indice intellexi: nec observo alia desitere, quam ista 1. Pia Desideria. 2. Sendschreiben an einen auswärtigen Theologum. *3.* Zusammengedruckte 12. Buß-Predigten (*quibus brevi alter fasciculus accedet.*) *4.* Von der Rechtfertigung Predigten ex Rom. IIX. 3. 4. (*quas D. Brevingius arrodere ausus, novi istius operis mihi necessitatem imposuit.*) *5. Tab. Catechet. Ex his quæ mittere possim, nunc in manibus tantum sunt præfata tabula & epistola apologetica, quæ ut æqui consulas, obnixe rogo. Reliqua, ut fere omnia mea, Zunnerus, cujus sumtibus excuduntur, venalia exponit. In historica materia edidi Historiam Genealogicam familiarum principalium in 8. Theatrum progenologicum quadripartitum in fol. nec non in eadem forma Historiam insignium, seu operis Heraldici partem specialem: quæ omnia pariter apud Zunnerum extant. Dn. Dilfeldius non respondit, nec forte respondebit, cum credam veritatis radios oculos ipsius si non plane illustrasse, saltem perstrinxisse, ut astollere non ausit. Præterea B. D. Musæus cum eum in partes suas trahere conatus esset, contra ipsum respondit, quod valde eum terruit, nec minus quod ex Julia Academia subsidia, quæ sperarat, & forte ea fiducia me aggressus erat, non acciperet. Audivi tamen quædam ipsum conscripsisse & ad aliquos misisse Saxoniæ inferioris & vicinos Theologos, horum sententias exquirendi causa, verum minus benevole ab aliquibus exceptum. Ego*

vero nihil ejus videre aut nancisci valui. DEum precor, ut ferio victrici veritati det manus, atque eo ſanctius ejus inſtrumentum poſthac evadat: quo mihi vix gratius aliquid accidere poſſet, Biblia veſtra Germanica a Sereniſſima Principe accepi, ſed ut verum fatear, inter iſtas nundinarum diſtractiones vix valui inſpicere. Voces quæ in deſuetudinem abierint explicari non inconſuetum, cum autem fugitivo oculo pagellam Indicis percurrerem, obſervaſſe viſus ſum vocabula, quæ noſtris oris adhuc in uſu vulgari audiuntur, ut colligam, quod in veſtra vicinia paullatim obſoleta haberi cæperint. Gubelii conſilium Zunnero noſtro expoſui, rogavique ut promoveret, accepi vero, quod non tam facilis futura ſit libri hujus diſtractio, quum aliæ plures editiones reperiantur, tolerabili etiam pretio, & typo fere elegantiori. Exercitiis veſtris piis omnem cœleſtem Spiritus S. gratiam pie adprecor, nec habeo quod addam: nam cum πρὸς οἰκοδομὴν, omnia ex textu dirigi teſtere, non deeſſe credo ad explorationem ſui ipſius, an tale quid in nobis ſentiamus, his regulis hactenus ſtuduerimus, aut propoſitum animo conceperimus, frequentes hortationes atque manuductionem. Iſtud enim exercitium longe utiliſſimum eſt, ut ita in nosmetipſos deſcendere diſcamus, ibique diſpicere, numquid qua legimus pariter in corde noſtro vivant. Sicuti etiam in ipſis publicis concionibus vix aliud animos magis movet, quam cum conſcientias ipſas appellamus & interrogamus cum aliqua ἐμφάσει, ut intra ſemet DEO reſpondeant. Quod longe efficacius inter paucos fieri poſſe, neutiquam dubito. Conſuetudo preces e lectis formandi multum quoque habet uſum, inprimis ſi in illis non rhetorici floſculi vel elegantiæ (veræ devotionis potius impedimenta, quam incentiva) ſed virtus aliqua ſpiritus quæratur. In univerſum, cum toto noſtro Chriſtianiſmo rectius agi conſiderem, ſi plus orationi & precibus daremus, hiſce inprimis inardeſcentes. Viciſſim adhuc nobis S. Jacobus omni jure occinere poteſt: Non habetis, quia non petitis. Petitis, nec accipitis, quia non rite, nec debito fini. Ah incendat corda noſtra cœlitus delapſus ignis, ut in eodem ſurſum aſcendamus. Tu vero, Frater honorande, in Domino vale, & quod facis, me amare perge, Tuique commendatum habe precibus. Francof. ad Mœn. ipſ. Kal. April. A. O. R. clɔ Ioc XXCIV.

Max. Rev. T. Exc.

ad preces & officia addictiſſimus,

Philippus Jacobus Spenerus, D.

Pro transmiſſis chartis gratias detentes ago.

LXXVII.

Digitized by Google

LXXVII.

M. Joh. *Töpfferus*, Numburg. Patrem sortitus est civem honestum, Jacobum, coriarium. Hausis in schola patria literis, ut majorem ingenii cultum caperet, Academiam Lipsiensem ingressus est, ubi An. 1652. Disp. de Nutritiva Facultate sub præsidio M. A. G. Friderici respondendo defendit, ipse An. 1656. cum eruditis præsidendo concertavit de Principio, & eo, cujus est principium, ut cœteras exercitationes taceamus. An. 1659. Illustris Ruthenei Con-Rector constitutus est, postea An. 1660. a Senatu Numburg. rite vocatus in Schola patria Rectoratum susceptt, atque in hoc officio consenuit, vir cum paucis propter omnigenam eruditionis copiam conferendus. † 1705. d. 8. Dec. æt. 76. v. *Ludov.* Schul-Hist. P. 3. p. 343. cujus verba huc adscribere libet: M. Jo. *Töpffer*, Numburgensis, Vir Clarissimus, fit Con-Rector Ruthenei An. 1659. & Rector anno insequenti 1660. Scholæ patriæ Numburgi, ubi & aliquot abhinc annis cursum vitæ implevit & muneris Scholastici perdiu administrati laudabiliter. Hæc B. *Ludovici*, qui mox subdit: *Plura de Töpffero alibi afferentur* (Hæc morte præventus Vir celeberr. exsolvere non valuit) Jam vero solum, quæ Geræ A. 1660. emississe ipsum comperi. Suntque:

1. Progr. de Quæst. Quodnam Dogma Pontificiorum maxime sit dignum reprehensione?
2. De linguæ, sermocinationis instrumenti, usu.
3. Carmen de Hercule, ambigente, utrum virtutis, an voluptatis, eligere viam, melius sit?

Mihi vero ad manus est Progr. carminice scriptum, & Geræ An. 1659. 14. Kal. Jan. impressum, in quo ad Actum Tertium Progymnasmat. super Qu. *Quid a veteribus, quorum tot apophthegmata circumferuntur, videatur argutissime dictum?* viros doctos invitat.

Aliud Progr. ed. Geræ An. 1660. Id. Mart. ad Qu. *Quidnam a paganis Philosophis sit sapientissime dictum?* Quo ad Actum quartum Progymnasmat. invitat.

Digitized by Google

Valedictoriam Geræ habuit Anno 1660. IV. Non. Octobr. ad quam B. *Mitternachtius* dissertatiuncula Exegetica de Ps. CXXXIII. doctos omnes invitavit.

Alioquin B. *Topfferus* tot Numburgi emisit Programmata, quot in majoris etiam formæ volumen vix compegeris. Ex ingenti farragine quandam solummodo traditionem referemus, *Festum* Scholæ Senat. Numb. quod *Cerasale* dici consuevit, concernentem. Scripsit sc. Vir beatus An. 1671. Progr. *de honesta laboris intermissione.* In hoc initio hominem non esse æneum vel ferreum, adeoque perpetuo labore nequaquam defatigandum, uberius probat. Hinc progreditur ad festa populorum omnium, in specie Scholarum, præcipue illa, quæ Quinquatria apud Dresserum de Festis dicuntur, & quidem a diebus quinque, quibus Præceptores ac discipuli feriati sunt: pariter ad Festum Gregorianum, (Gregorius enim Scholasticorum Tutanus audivit) tandem ad Cerasalia Scholæ Numburgenſis, de quibus ita differit: Hæc unde nomen sortita sint, facillime patet, sed unde originem trahant suam, non omnino exploratum habemus. Etenim quæ de 1) *hoste quodam* tantum non ἀσπόνδῳ ad Sylvulam, Germanice das Bucholtz nominatam, castra sua contra urbem metato, & redacto postmodum ad lenitatem, utriusque sexus pueritia supplicante, hincque cerasa reportante loco muneris, perhibentur, ea nondum tam firmis corroborata sunt testimoniis, ut fidem auferant subtestiorem. Scopus vero testium fulcimento non indiget. Siquidem eo tendunt Cerasalia, ut honestæ oblectationis stimulo discentes ad literaturam reddant alacriores, quo non Minervæ cum Ægyptiis superstitiosa inserviant λυχνοπωλία, de quo divinæ tandem sapientiæ χρήσιμα evadant σκέυη. Ad feriarum igitur a cerasis dictarum usum pariter & abusum penitiori mentis statera pensitandum, cras v. D. tres surgent Adolescentes: *Abrahamus* Meißel commendabit Cerasalia, *Joh. Nicolaus* Höffler culpabit, Jo. Christoph. Ketschau dirimet litem.

Not.

1) Not. Per hostem ἄσπονδον intelligit Thaboritas s. Bohemos, quos

An. 1429. Germaniam, cumprimis etiam Misniam nostram inundasse, testatur *Brotuff.* l. 27. Hist. Boh. f. 224. (In Corp. Script. Boh. ed. a Freher. Hanov. 1602. in fol.) An Dux ipsorum Procopius Rasus vel eam ob causam Numburgum infestaverit, quia Gerhardus a Goch, Episc. Numb. Concilio Constantiensi (in quo sententia in Joh. Huss. lata fuit) simul interfuit, certo asseverare non possum. *Brotuffius* l. 2 Chron. Martisb. c. 67. refert: Gerhardum Numburgensem Constantiam non venisse, detulisse vero vices suas Nicolao, Episcopo Martisburgensi. conf. von der Hardt Act. Conc. Constant. T. 4. P. 5. f. 398. ubi Nicolaum hunc in Concilio surrexisse, & sententiam contra Hussum promulgasse asseritur. conf. *Fabric.* Orig. Sax. l. 7. p 689. Spangenberg peculiarem irruptionem in Episcopatum Numburgensem commemorat in Sächsis. Chron. ad An. 1446.

LXXVIII.

L. Christophorus Ständer, Numburg. Studiis, quæ ad humanitatem ac elegantiam pertinent, in schola patria probe imbutus, academicas ἀκροάσεις in Alma Lipsiensi petiit, unde pestifera lue pulsus An. 1680. Jenam perrexit, ibique per octennium continuum hæsit, atque An. 1685. ordini Philosophorum fuit adscriptus. An. 1687. Professio Philos. Civ. & Eloq. nec non Inspectio alumnorum Ducalium in illustri ad Salam Augusteo ipsi demandata est, tandem An. 1692. amplior Sparta, Superintendentia nempe & Pastoratus Longosalissens. obtigit. † 1710. d. 20. Maji, ætatis 50.

Prelo dedit:

D. de duro necessitatis telo. Jen. 1680.

De S. Cœna Præs. D. Phil. Müller. Jen. 1682.

c. *Wendelinum*: hominem in summo tentationis discrimine ex solis hypothesibus, quas Wendelinus Lutheranas ac falsas vocat, solide erigi ac tranquillari posse, Præs. D. Velthemio, An. 1683.

De Responsione ad quæstionem per quæstionem Jen. 1683.

De Memoria rei præsentis s. qu. phys. An & quomodo rerum præsentium quoque meminerimus? Jen. 1684. M. Jul.

Digitized by Google

Unum instar omnium analytice diductum, s. Qu. An & quomodo ex singulari universale recte probari possit? Jen. Anno 1685.

De rationis ad solium natæ imperio. Jen. 1686.

De obligatione possibili ad rem impossibilem. Jen. 1686.

De libertate arbitrii in moralibus, ethice delineata. eod. anno.

De tergemina facie *justi* & *injusti* nativa, adscita & adulterina. Jen. An. 1686.

Christologia Johannitica, pro Licentia. Præs. D. *Baiero*. Jen. 1692. M. Januar.

Progr. Invitat. ad audiendam Orat. Inaugur. Leucop. 1687.

Universa Doctr. Polit. 24. dispp. inclusa, Leucop. 1688.

Progr. in Natalem Ill. Augustei. ib. 1688.

Progr. Pasch. de θεανθρώπῳ, e claustris sepulcralibus proruente. 1688.

Manipulus Probl. Miscell. 1689.

Progr. ad binas Oratt. Valedict. 1689.

Onomastica Auspicatissima Seren. D. *Joh. Adolphi*. 1690. d. 8 Kal. Jul.

Progr. Exequiale in Celsissimas Exuvias Seren. Princ. D. *Christiani*, 1689. IX. Kal. Sept.

In Natalem XXVI. Ill. Augustei 1690.

In Ascensionem Christi θεανθρώπου triumphalem. 1690.

Invitat. ad binas Oratt. 1690.

Singularia Charismatica, Pentecosten N. T. illustrantia. 1690.

Arbor mire summa, & summe mira, seu Invit. ad Orat. Valed. Diet. Christ. a Berner, Equ. Megapol. An. 1691. XIIX. Kal. Maji.

De Moderamine inculpatæ tutelæ 1691.

De Juramenti Academici Moralitate, seu Invit. ad Orat. Valed. ipsius Ständeri. 1692. d. 14. Febr.

In

In templo parochiali S. Steph Longosaliss. hocce B. Viro ex calamo M. Just. Christ. Ulsenii positum fuit monumentum:

L. CHRISTOPHORUS STÆNDERUS, Numburgi A. M Iɔc LX. d. XXIV. Maji natus A. MIɔ CLXXXVII. Philos. Moral. & Eloq. in Ill. Augusteo Prof. Publ. post An. M. Iɔc XCII. Sacrorum Salz. Antistes, exquisita doctrinæ cœlestis notitia dicendique copia, & omnium virtutum exemplo maxime inclutus, quem Isenacum, Jena, Hala frustra expetivit, Saltza retinuit ejusque exuvias hic contumulavit. Pie obiit MIɔ CCX. d. XX. Maji. Desiderium sui infinitum relinquens.

Hos oculos frontem hanc placidam, Stændere gerebas,
Qui fueras sacræ firma columna domus.
Proh! ruis ante diem cafumque minaris acerbum
Et privæ & publicæ plurima damna rei.
Nos miseros! Te felicem! Nunc æde repostus,
Ætherea æternum firma columna manes.

Ephoro, Patrono, Collegæ desideratiss. perpetuæ observantiæ monument.
L. M. Q. P.
M. J. C. U. Saltz. ad S. Bonif. Diac.

LXXIX.

Martinus Christophorus *Laurentius*, Hoerithia-Francus. Gymnasii Gothani primum Con-Rector, deinde B. *Töpfferi* in Rectoratu Scholæ Senat. Numburg. An. 1705. Successor. † 1706. d. 6. Sept. æt. 39. diuturniore vita dignus.

In lucem edidit:

Monumenta Romanorum in Thuringia: Sched. passim ab antiquariis laudatum.

Progr. de literarum Ortu & incremento in Germania, 1706. Kal. Mart.

de Urbium Saxoniæ & Thuringiæ originibus. 1706. d. 8. April.

Memo-

Digitized by Google

Memoriam ipſius cuſtodit hoc Epitaphium, in cœmeterio Numburgenſi poſitum:

Memoriam
Viri
Nobiliſſ. atque Præcellentiſſimi,
DN. MARTINI CHRISTOPHORI LAURENTII,
Naumburgenſis, quod Senatus refovet,
Athenai, Rectoris atque Polyhiſtoris clariſſimi,
nati Hörithiæ in Franconia
A. S. C. M. DC. LXVII. *d.* 13. *Mart.*
denati præmaturo, beato tamen in Chriſto, obitu
Naumburgi. d. 6. Sept. M. DCC. VI.
poſteritati commendabant
Soror ac frater germanus
Maria Chriſtiana Laurentia:
Joh. Michael Laurentii
Prætor Reinhardsbrunnenſ.

E Francis natum Thuringia ſuſcipit alma
Qui Thuringorum priſtina fata docet:
Doctor Athenæo præclarus traditur amplo
Gratia quod Gothæ Principis alma fovet.
Poſthæc Sceptra Scholæ confert Neoburga; ſed iſti

Lugendum, clarum arte Virum, qui commoda multis
Præſtitit, ante annos occubuiſſe ſuos.
Ergo dignus erat, quoniam monumenta retexit
Priſcorum, hæredes cui monumenta darent.

LXXX.

M. Adamus Gſchwend, Caſekirchenſ. (pago a S. Nicaſio nominato in vicina Diœceſ. Eiſenberg.) Rector initio Schol. Senat. poſtea Diac. demum Archi-Diac. Eccleſiæ S. Wenzesl. Numburg. † 1722. d. 28. Apr. æt. 57.

Vitam ipſius expoſuit Cl. M. Frid. Gothelff *Gotterus*, Rect. Lycæi Eiſenb. in Vitis Clar. Virorum in Ducatu Altenb. ed. Jen. 1727. p. 89.

LXXXI.

Digitized by Google

LXXXI.

M. Elias *Francus*, Numburg. jactis in ſchola patria cathethrali, nec non illuſtri Portenſi literarum fundamentis, Studiis etiam Academicis Lipſiæ ac Jenæ feliciter abſolutis, Reverendo Viro, D. Erneſto *Stokmanno*, Paſtori Bavaro-Numburgenſi, poſtea vero Ephoro Alſtadienſi, privatam in erudiendis ipſius liberis addixit operam. Inde in Gymnaſium Islebienſe vocatus primum Collegæ Tertii, ab An. 1682. autem Rectoris officio ad finem usque vitæ functus eſt, quem habuit hoc ipſo anno d. 3. Mart. æt. 71.

In lucem edidit:

Diſſertationes ſeu Programmata, Orationes & Poëmata. Isleb. 1699. in 8.

Sequens Epitaphium Epicediis, in honorem Viri meritiſſimi publice impreſſis, inſeruit Vir erudítus:

D. O. M. S.
Hoc. Saxo. teguntur. exuviæ.
M. ELIÆ. FRANCI. P. L. C.
Numburgi. honeſtis. parentibus. nati.
Die. XXIIX. Febr. An. M. DC. LVI.
Quem. in.
Schola. patria. cathedrali.
Primis. literarum. rudimentis. imbutum.
Et. in.
Portenſi. cœnobio.
Uberiore. cultura. provectum.
Florentisſimæ. Germaniæ. Academiæ.
Lipſienſis. &. Jenenſis.
Virtute. ac. doctrina. varia.
Ita. exornarunt.

ut. postmodum.
Illustrissimus. Mansfeldiæ Comes.
Dn. JOHANNES GEORGIUS.
dignum. illum. judicare. potuerit.
cui.
initio. Sub-Con-Rectoris. munus.
deinde regimen. Gymnasii.
concrederet.
Quibus. etiam officiis.
illo. nondum per. unum. hoc. per. XLIV. annos.
pro. virili. functus. est.
Idque. semper. dedit. operam.
ut.
DEO. cultum.
Superioribus. reverentiam.
æqualibus. candorem.
inferioribus. inserviendi. studium.
scholæ. curam.
discipulis. fidem.
suis. amorem.
rite. probaret.
Tandem.
post. mille. grantlatos. labores.
apoplexia. correptus.
placide. expiravit.
d. V. Non. Mart. An. 1727.
quum.
Annor. ætatis. LXXI. & dier. II.
exegisset.

Et.

Et. in. conjugio.
cum. lectiſſimis. fœminis.
Amalia. Seyfarthia.
XVI. annos.
ſuſceptis. ex. eadem. VIII. liberis.
ac.
Magdalena. Reichenbachia.
ultra. XXVI. annos.
vixiſſet.
Memoriam. Optimi. Soceri.
Mœſtiſſimus. gener.
M. C. F. Pezolt.
Neo-Isl. Sch. R.
oblivioni. exemturus.
H. M. P.

Epiſtola *B. Lutheri* ad Frider. *Myconium* ex autographo.

G. & pacem in Chriſto. Etſi catarroſus & tuſſioſus ſcribere merito non deberem, ſicuti nec multum poſſum; Tamen literis tuis tam amicis volui, Mi Myconi, lituranda & delyrando reſpondere. Gratum erat munus tuum maxime quia tu gratus es, & non ſolum, quod gratus es, ſed etiam quod es gratus, Ideoque & grata fuit gratitudo tua; Nec dubito, quin & Chriſto gratus ſis, cui adeo es gratus. Rara enim avis in hoc tempore gratus aliquis, ideoque & rarus eſt quam gratus ſit DEO. Chriſtus conſervet vos in cognitione & agnitione ſui ſimul & confeſſione & gratitudine veraci. Ora pro me. Vale cum omnibus tuis. 23. Sept. 1534.

T.
Martinus Luther.

Chariſſimo in Chriſto fratri
D. Friderico *Myconio*, Miniſtro Chriſti
fideliſſimo in Eccleſia Gotenſi.

Lutherus Justo *Jonæ*: ex Lat.

vid. *Leukfeld.* Antiq. Walkenr. P. 2. p. 94. circa An. 1542.

Mein lieber Jona. Ich hatte die andern Brieffe kaum versiegelt, do kompt M. Philippus und bringet mir die offene Brieffe, welche von unserin wegen solten dem M. Johanni Crausio gegeben werden, dem armen Lazaro und ohn Zweiffel einen auch den allergeringesten Christen, auff daß ehr derselbige geniſſen mechte zu betlen, wo er kente. Nochdem ehe mit so viel schrifften, lauffen, arbeiten, ruffen und schreien vergebens begehrt hatt die Brosamen, so da von der freßischen Tische zu Walckenred fallen. Man kanſ nicht gnugsam außreden, noch schreiben, wie ich so zornigk worden bin über den unbillichen Handell, und ich habe gantz und gar geflucht allem segen, nicht allein des Abts, sondern auch Michael Meyenbergs, die da wohl leben und fressen von denn Closter-Guttern, davon doch solte diesem alten Blinden und armen Bettler gegeben werden. Was ist das wir betten wider den Turcken vorsuenen Gott, unterrichten das Volck, weil indeſ diejenigen, so da Evangelische wollen sein, mit Geitz, Beraubung der Kirchen und armer Leut so sicher den Zoren GOttes erregen? Gleichwie der gemeine Mann thut, der leſt uns predigen und leren, beten, leiden, und heuffet indeſ eine Sünde über die andere. Derhalben bitte ich dich, mein Jona, daß du dich der Gesellschafft, die du etwa mit ihnen hast, entschlahen wollest um Christi willen, und wollest dich ja nicht mit ihre Sünde und Fluch mengen. Den Christus achtet die Crausen, den armen Lazarum, on allen Zweiffel viel heher den die gantze Welt, ich geschweige der zweien Wasserblasen, Michels und des Abſt. Wie fein wer es gewesen, weil Michael so viel Geschenck vom Abt empfehet, daß ehr an diſſem Lazarum gedacht, und dem Apte eingesagdt hette, und gesprochen, Mein lieber Herr, ich wils gern emperen, domit der Lazarus etwaſ von euren Brosamen bekome. Aber also thun wir, GOttes vergeſſen wir sein, auff daß unſer widder billich bey GOtt vergessen werde. Daſ habe ich dir gantz zornigk schreiben wollen, auff daſ du wisseſt, daß ich aus einen rechten Göttlichen eiver hasſe Michael und den Apt, und will auch nicht auffheren allen beiden zu fluchen, dieweil der arme Lazarus betlen geht. GOtt fluche jeem Guttern, und es gehe ein feuer auf Walckreden, und verzere auch zugleich die Gutter, die man sonſten mit rechte gebrauchen kente. Amen! Amen!

Fragmentum Epistolæ *Lutheri* ad *Agricolam* ex autographo.

- - erabili Viro, Dnō M. Joanni *Agricolæ* Eisleben. *

- - - rō Rectore, Mi Agricola, quod - - - - gicam, quam rogatu & voluntate - - - - 's & odiosus esses, suscepisti. rursus - - - - omittere & a Theologia simul in - - - - debetis, id quod his tibi significo - - - - te aliunde deinceps legendi facul - - - - debere. nempe ab Vniversitate - - - - contra nos in angulis loqueris, - - - - impediam. Sed tu vide. ut tibi - - - - & humilia sensum tuum sub - - - - sis Dei. Hora 5. vesperi Epiphanie - - - - 5.

Martinus Luther.

* *Manifestum est vel ex lacerâ hâc chartâ, τὸ ὑπερφρονεῖν occupasse mentem Agricolæ, atque ad ea, quæ molitus est in Ecclesia, impulisse.*

Testimonium *Philippi Melanchthonis.*

S. D.

Omnibus lecturis has literas. Utrumque voce divina prædictum est in hac languida mundi senecta, & futuras esse majores generis humani confusiones, quam fuerunt antea, & tamen Filium DEI collecturum esse æternam Ecclesiam, etiam inter imperiorum ruinas, & quidem in iis populis, inter quos Evangelii vox sonat incorrupta. Hac nos consolatione vere sustentemus, speremus etiam Ecclesiæ hospitia aliqua futura esse. Laudanda est igitur virtus eorum, qui doctrinæ studia colunt aut adjuvant. Quare & hunc *Thomam Hirspachium*, natum in oppido Gottha, in familia honesta, omnibus bonis viris commendo, qui, cum natura ipsius sit doctrinæ avida & capax, & ad virtutem incitata, studiose didicit latinam & græcam linguam, initia philosophiæ & doctrinam Ecclesiæ DEI. Et animi pietatem honesta morum gubernatione declarat, & vera DEI invocatione. Amplius triennio audivit virum doctissimum, Martinum Sidemannum in inclyta Academia Erfordiana. Postea in Academia nostra amplius anno commoratus didicit exordia dulcissimæ doctrinæ de motibus cœlestibus, & decrevit in inchoatis studiis doctrinæ Christianæ & philosophicæ commorari, & DEO

juvante aliquando Reipublicæ ſervire. Eſt omnino ſua cuique virtus præcipua commendatio. Quare honeſtorum & prudentum virorum benevolentia & officia huic Thomæ non deerunt, ubi ingenium ejus ſtudia & modeſtiam conſideraverint. Oro autem filium DEI, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum crucifixum pro nobis & reſuſcitatum, ut hunc Thomam ſervet incolumem, & gubernet, & faciat eum σκεῦος ἐλέης & organum ſalutare Eccleſiæ & ſuæ animæ. Bene vale, Candide Lector. Datum An. 1552. die Junii XXX. quo ante annos 49 natus eſt Princeps optimus, Dux *Johannes Fridericus*, quem ut DEus protegat precamur.

Philippus Melanchthon
manu propria.

In Chronico quodam MSto ſequens legitur *literatorum Numburg.* Sec. XVI. & XVII. recenſio:

Jo. *Steinhoffer*, Med. D. Conſ. Numb. & Phyſ. Ordin. de tota urbe An. 1547. exercitu Cæſareo ipſo Cæſare Carolo V. Duce huc tranſeunte egregie meritus, dignus profecto vir, cujus memoria nunquam intercidat.

Nicolaus *Medler*, SS. Th. D. Paſt. & Super.

Ambroſius *Dörffer*, J. U. L. primum Synd. Numb. poſthac Conſiliar. Vinarienſis.

Fridericus *Baccovius*, SS. Th. D. qui ſuper tota fere Biblia doctiſſima & utiliſſima ὑπομνήματα ſcripſit.

Nicolaus Krotenſchmidt, J. U. D. & Com. Pal. Cæſ. Synd. Numburg.

Bonaventura Funck, J. U. D. Cameræ Imper. Aſſeſſ. & Conſ. Numburg.

Valerius Wacke, J. U. D. Conſ. Numb. qui tempore Exorciſmi An. 1591. afflicto Miniſterio conſilio, ope & ſtudio indefeſſo ſubvenit.

Caſpar Ratzenberger, Med. D. & Phyſ. Ordin. Domui Haſſiacæ gratus, & ab inſerviendi promtitudine laudatus.

M. Six-

M Sixtus *Bruno*, LL. practicus insignis & de Rep. Numb. egregie meritus.

Paulus Höhl, Med. D. celebris.

Guilielmus *Romanus*, Med. D. Consl. & Physl. Ordin. Numb. qui ob insignem in arte medica peritiam & medendi felicitatem dexteritatemque multis illustribus, personis & nobilitati in vicinia inprimis charus est. (Literas Alphabeti anno demum æt. 17. didicisse fertur.)

M. Esaias Richter, Consl. dicendi facultate, Juris cognitione & praxi clarus.

Joh. *Koch*. Consl. Vir in Theologia, Jure, historiis multisque scientiis utilibus non leviter versatus, civibus charus.

Hæc ex MSto.

Addendi ex Sec. XVII.

Jo. Adolphus Riemer, J. U. D. Filius Valentini, Prof. Jur. Ord. Jen. v. *Zeumer*. Vitt. Prof. Jen. Class. 2. p. 102. Repertorium rerum Numburg. congessisse dicitur.

Bernhard. Bergner, J. U. D. Consl. & Synd. Numb. non scientia saltem juris sed literis etiam elegantioribus præstans.

D. de Favore Juris, Præside D. J. C. *Falcknero*, Lipsl. 1668.

D. de Jurisdictione, sub præs. D. P. F. *Romani*, Lipsl. 1667.

D. de Administratione Rerum ad Civitates pertinentium, sub præs. D. G. A. *Struvii*, Jen. pro Licentia 1679.

* * *

Hymnopœi Numburgenses:

Laurent. *Stiphelius*, hymnophilus potius, cujus extat Manuale seu Index Cantionum ac Motetarum.

D. Casp. *Bertram* P. P.

Ernestus Christoph. *Homburg*, Jur. Pr. & in judic. Senat. Actuar.

Actuar. v. Comment. meus in Hymn. Eccleſ. & quidem in Ind. Hymnopœor. P. 1. p. 41.

Jo. Georg *Albinus*, & Filius ὁμώνυμος

Jo. Georg. *Albinus*, J. U. L. cujus hi ſunt hymni:

Auff Chriſte auff,
JEſu meiner Seelen Freude,
Ob ich gleich vor Freuden ꝛc.

M. Jo. Sebaſtianus Mitternacht, quem Ciza etiam ſibi vindicat. Hymni complures ſacri leguntur in Geiſtl. N. Jahrs And. ed. Ciz. 1672.

D. Joh. Pretten: cujus ſunt hymni:

JEſu liebſter Seelen-Freund,
JEſu deine Wunden,

Godofredus Krauſe, Conſ. Numb. cujus eſt hymnus:

Was beklagſtu dich mein Hertze ꝛc.

vid. Commentar. meus P. 2. p. 18.

M. Auguſt. Löwe, Paſt. in ſuburbio ad D. Maur. Hymni ipſius ſunt:

Was iſt unſer Leben,
Was mein getreuer GOtt nur will,
Da lag ich ohne Ruh und war von Kräfften kommen.

S. D. G.

INDEX

INDEX I.

Perſonarum, quæ recenſentur.

A.

Albinus, Joh. Georg. pag. 93
Pater, & Filius ὁμώνυμος, J. U. L. 128
ab Amsdorff, Nicolaus, 41
Arnold, Georgius, D. 56

B.

Baccovius, Fridericus, SS. Th. D. 126
Bavarus (Beyer) Valentinus, Civis & Senat. Numb. 51
Becmannus, M. Chriſtianus, 78
Bergmann, Petrus, 56
Bergner, Bernhard, J. U. D. 127
Bertram, Johannes, 10
- - - Sixtus, D. 88
- - - Caſpar, ibid.
- - - Petrus, M. 92
- - - Caſpar, D. P. P. 127
Braun (Bruno vel Brunus) M. Sixtus, 75. 127
Briſmannus (Bryſchmann vel Bürſchmann) M. Juſtus Ludovicus 59
Bürger, M. Joh. 77
a Burgsdorff, Dietericus, ſive Theodoricus III. Nobilis Sileſiæ, Epiſc. Numb. 7

C.

a Cracau in Königsberg, Joh. 65
Colerus, M. Theophilus 100
Crauſius, Rudolph. Wilhelmus, Med. D. 102
Curificis, Valentinus, filius Carpentarii, alias Hertzog dicti 17

D.

Dauderſtadt, M. Chriſtophorus, 81
Dietericus, ſive Theodoricus III. Epiſc. Numb. ſtirpe nobilium Sileſiæ *a Burgsdorff* prognatus 7
Dörffer, Ambroſius, 16. 126
Dornheim, Jacobus, 13

E.

Echartus, M. Tobias. 78
Eylenberg, Caſpar Matthæus, 102

F.

Faber, M. Henricus, 40
Figulus, ſ. Töpffer, Wolffgang, 69
Funck, Bonaventura, J. U. D. 126
Francus, ſ. Franck a Franckenau, Georgius, 97
- - - M. Elias, 121

G.

Georgius, Epiſcopus Numburg. 7
Grævius, Joh. Georg. 96
Groſſe, Donatus 12
Gruberus, Johannes, 75
Gſchwend, M. Adamus, 120

H.

Hertzog, M. Joh. 88
Höhl, Paulus, Med. D. 127
Homburg, Erneſtus Chriſtoph. ibid.
Hondorff, Sebaſtianus 61

I.

Janus, M. Elias, 75
Joannes II. Epiſcopus Numburg. 7
Iſenach, Johannes de, 12
Jungkanß, M. Jacobus, 71

Digitized by Google

K.

Keilhacker, M. Johann. 103
Koch, Joh. Consul. Numb. 127
Krause, Godofredus, Consul Numb. 128
Krottenschmid, Nicolaus, Jur. D. 51. 126

L.

Langer, M. Johann. 13
Laurentius, Martinus Christophorus, 119
Lauterbeck, Georgius, 53
Leuffer, Johannes 82
Liebe, Sylvester, 79
Lindner, M. Joh. 69
- - - M. Philipp. Jacob. 76
Lobinge, s. Laubung, Henricus 11
Löwe, M. August. 128
Lossius, M. Petrus 97

M.

Magdeburg, Joh. 11
Medlerus, Nicolaus, D. 17. 34. 126
Mitis, Thomas, 55
Mitternacht, M. Jo. Sebastianus 84. 128
Mohr, M. Georgius, 25
Molitoris, Georgius 10

P.

Petrus, Jur. Lic. inter Episcopos Numburg. refertur 7
Pflugius, Julius, Episcopus Numburgensis 44
Pierer, Christophorus, 69
Pretten. D. Johann. 106. 128

R.

Raberecht, M. Daniel, 81
Ratzeberger, Ratzenberger, D. Caspar, 63. 126
Richter, M. Esaias, 127
Riemer, Joh. Adolphus, J. U. D. 127
Romanus, Guilielmus, Med. D. 127
Rosinus (alias Rossfeld,) Johannes, 71
Rothe, M. Martinus 13

Digitized by Google

S.

Sagittarius, M. Caſpar, 84
Saltzmann, M. Philippus 87
Schirmeiſter, Stephanus, Numburg. 55
- - - - Bartholomæus, 55
Schlanhofius, D. Hector 96
Schubart, M. Andreas 77
Schorckel, M. Sigismundus, Rect. Schol. Cathedral. Numb. 53
Siderus, M. Joh. 70
Ständer, L. Chriſtophorus 117
Steinhoffer, Joh. Med. Doct. 126
Stiphelius, Laurentius, 61. 127
Streitberger, Joh. D. 61
Suſenbeth, Lazarus, D. 96

T.

Taymuth, Taimund vel Tarmuth, Johannes 6
Theilius, M. Joh. 82
Theodoricus, ſive Dietericus III. ſtirpe nobilium Sileſiæ *a Burgsdorff* prognatus 7
Thime, Martinus, D. 76
Töpffer, ſ. Figulus, Wolffgang, — 69
Töpfferus, M. Joh. Rect. Numb. 115
Tylich, Johannes, 5

U. V.

Ungepauer, Eraſmus, D. 82
Volimhuſius, M. Fridericus 77

VV.

Wacke, Valerius, J. U. D. 126
Walramus, Waleranus, Williramus, Walrabonus, ſive Walrabe, Epiſc. Numb. e familia Comitum a Schwarzenberg. 1
Winter, Joh. D. 76
Wolffius, Jacobus, D. 103

Z.

Zaderus, M. Joh. 93
Zinck, Benedictus, 55

Digitized by Google

INDEX II. RERUM.

A.

ALbini Epiſtola ad Cracovium, & hujus reſponſ. pag. 63. ſeq.
ab Ambsdorff. Nicol. An. 1542. Epiſcopatui Numb. præficiebatur 18
duæ ejus literæ ad Wenzeslaum Lincium exaratæ 42
Atribo & Zirce, Comites a Schwarzenberg, fratres Willerami, Epiſc. Numburg. 2

B.

Berricht, Joh. Fabianus, Conſul Numb. primar. 84
a *Beuhwiz*, Chriſtophorus, Capitaneus Curienſis, acerrimus veritatis Evangelicæ hoſtis 17. 21
D. Medlerum & M. Löhnerum capitali odio perſecutus 17
Biblia 72da vice perlegens Conſiliarius ac Archiater Regius, G. Franck a Franckenau 98
Briſmannus, *Arnurus* dictus, ſ. Lammmerzahl, Lammerſchwantz 59
Brunſvicenſium Verbi in Eccl. Miniſtrorum nomina tempore Medleri 36

C.

Candelarum uſus in S. Cœna, unde ortus 191
Cracovii & Albini literæ 63. ſeqq.
Cornarius, omnes ſuæ ætatis doctrina ſuperans 16. ſeq.
in transferendo Hippocrate 15. annis laboravit 17
Curienſis Schola ſub Streitbergero principalis facta 61

D.

Daumius Marium Victorem ad typos deſcripſit 111
ejus literæ ad Prettenium 108-110
Dieterici, ſive Theodorici III. Nobilis Sileſiæ a Burgsdorff, Epiſcopi Numb. ordinatio per *Fridericum* Archi-Epiſcopum Magdeb. peracta 7
ejus mors ibid.
Dietherus (ab Eyſenburg) Archi-Epiſc. Mogunt. Academiam Moguntiæ fundavit 11

E.

Eccardsbergum, urbs, unde ſic dicta 59

Digitized by Google

Eccardus I. & Eccardus II. 94. seqq.
Erfurtensibus seditiosis Numburgum venientibus, & Canonicos & Clericos expellentibus, Langerus sese opponit 14
Eylenbergii, Casp. Matth. MStum de Casibus Tragicis Virorum, Scriptis & eruditione illustrium 102

F.

Fridericus, Dedonis, C. Pal. Sax. filius nothus, Abbas Gosecensis 2
Episcopatum Numburgensem consequitur Rudolphi autoritate ibid.
ab Henrico IV. exauctoratus, Abbatiæ Herosfeldensi præpositus est ibid.

G.

Ganfredi seu Galfridi de vino salvo Poetria 111
Grævius, Joh. Georg. eruditorum Princeps, & de literis bene meritus 97

H.

Hassenstein, Bohuslaus, Baro Bohemus, literarum promotor Seculi XVI. 55
Hecht, Caspar, Ecclesiastes Numb. ad S. Othmar 1521. constitutus 18. 24

I.

Judæus quidam a tempore Passionis Domini in orbe superstes 86

K.

Keilhackerus, Rector Scholæ Annæmontanæ, cur a Rechenbergio Numburgensis vocetur 104
Kettwig, Heinr. Numburgensis, infelix literatus 102
Knauerus, Georgius, Consul. Numb. meritiss. 20

L.

Langerus Erfurtensibus seditiosis, Numburgum venientibus, & Canonicos & Clericos expellentibus, sese opponit 14
it. Sacramentariorum & Anabaptistarum furoribus ibid.
officio remotus, urbe excedere jubetur ibid.
tandem Pastor & Superintendens Coburgum vocatus 14
Luthero Wormatiam proficiscenti effigiem Savanorolæ mittit, inque veritate agnita perseverare admonet 16
Laurentii, Rect. Scholæ Numb. Epitaphium 110
Layriz, M. Joh. Christoph, Rect. Curiens. 21
Lindner, Jacobus, Rect. Portens. postea Consul Numb. 69

Lipsi-

Digitized by Google

Lipſienſis Academia 6
Löhnerus. M. Caſpar 21
dejicitur ex Parochia ibid.
vocatus Nordlingam, Superintendentis titulo ornatur ibid.
Joſua, filius, Numburg. Scholæ Collega, & tandem Ephorus Eccleſiæ Altenburg. 22
Lutheri Epiſtola ad Frider. Myconium 123
- - - - ad Juſtum Jonam 124
- - - - ad Agricolam 125

M.

Medlerus, ejus patria num Bamberga an Curia pro vera habenda ſit 20
laudatur ibid. 35
pauperum Patronus 23
in templo Cathedrali Numburg. primam concionem habuit ibid.
ejus conjugium infelix 19. 26. 36
Concio contra Librum INTERIM 27. ſeqq.
Scholas & publicarum Lectionum exercitia inſtauravit 35-36
ejus mors 26. 36
Scripta 19. 37
Familia Medleriana 38
Melanchtonis Teſtimonium Thomæ Hirsbachii 125
Mohr, M. Georg. Coburgenſis, Eccleſ. Numburg. ejus officia & fata 25

N.

Nicolaus, Epiſcopus Martisburgenſis, in Concil. Conſtant. ſententiam contra Huſſum promulgaſſe aſſeritur 117
Numburgum, urbs, quaſi Novemburgum, unde ſic dicta 59
dira peſte vexata Anno 1607. 73
Numburgenſis Scholæ Senat. feſtum, quod *Ceraſale* dicitur, unde ortum 116

P.

Pflugii, Julii, Epiſc. Numb. genealogia 44
Scripta 45-47
Epitaphium 48
epiſtola Conſolat. ad Sim. Henrici, vectigalis Ciz. Præfectum 50
Pollicarius, Joh. Eccleſiaſt. Leucopetr. Interimiſta 49. 50
Prettenii D. P. P. Numb. Symbolum 108
ejus induſtria in editione Bibliorum Schleuſingenſ. laudatur 112

Digitized by Google

R.

Ratzebergeri D. liber MS. de Vita Lutheri 63
Reineſii Literæ ad Prettenium 108
Riga, Petri de, Aurora 111

S.

de Schaumberg, Wolffg. Capitaneus Curienſis 21
Schulfuchs, Vulpecula Scholaſtica, unde & quando hoc nomen ortum 59. 60
Speculum Saxonicum, ſ. Sachſen-Spiegel 7. 8
Auctor ejus plerumque habetur Eccardus a Repkow, eques ſub Sec. XIII. illuſtris 8
Codices ejus MSS. adhuc varii ſuperſunt 9
ejus textus latinus ab autore in vernaculam translatus circa annum 1224. 9
ejus uſum Gregorius XI. Pontif. prohibuit, it. Eugenius IV. 9
editio noviſſima triplici lingua prodiit ibid.
varias Ludovici editiones enumerat 10
Speneri literæ ad Prettenium 113
Streitbergero, Joh. gubernatio ſcholæ Curienſis demandatur 20

T.

Töpfferus, Joh. Rect. Numb. multa emiſit Programmata, 116
Tolantinus, Nicol. Tolle minas dictus 43

VV.

Walramus ex Herosfeldenſi cœnobio ab Henrico evocatur, ipſique Epiſcop. Numburgenſis defertur 2

Z.

Zaderus, M. Joh. laudatur 94
Zinck, Benedictus 55
Zirce & Atribo, Comites a Schwarzenberg, Walrami Epiſc. Numburg. fratres 2

Digitized by Google


Digitized by Google



Magister Johannes Langer. 1525–1529.

Digitized by Google

JO. MARTINI SCHAMELII

Paſt. Primar.

NUMBURGUM LITERATUM,

PARS II.

Exhibens

Continuationem Partis I. & ejusdem Supplementa:

Accedunt Epiſtolæ FLACII, CALVISII, FRANZII, DAUDERSTADII, CUNDISII aliorumque nondum editæ.

LIPSIÆ,
Sumpt. HÆRED. LANCKISIANORUM.
ANNO 1736.

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. D. B. V.

Ariarum civitatum Chronica & Annales contexuit atque in lucem emisit Jo. *Vulpius*, scriptor non ignotus, *Numburgense* vero Chronicon, cui titulum Naumburgs Zierlichkeit a) praescripsit, inter schedas reliquit, ac morte praeditus evulgare non potuit. Hoc MS. anno superiori nactus confestim pervestigavi, an de re literaria quidpiam tradat? Integrum autem Caput *claris Numburgensibus* datum esse conspexi, nondum a me in parte priori *Numburgi literati* enumeratis. Singulos igitur nunc proferam, sed ita, ut praeter nuda, quae *Vulpius* designavit, nomina, ea quoque, quae de eorum vita indagare licuit, commemorem, imo plures etiam literatos iisdem adjiciam atque numerum augeam. Sequuntur itaque:

a) v. *Kreysig* Bibliothec. v. Ob. Sachsen p. 303.

I.

Henricus III. Episcopus Basilcensis, ordine XXXIV. Fuit Comes a *Neiwenburg*. Sedit ab A. 1262. ad 1274. Bellum gessit cum *Rudolpho* Habsburgico. Ipsius aevo Romani Pontifices au-

Digitized by Google

dacius Episcopos constituerunt, quod Imperatorum ac Regum antehac jus erat.

conf. *Pantaleon.* Prosopogr. P. I. f. 260.

II.

Humbertus Episcopus Basil. ordine XLVII. Comes a *Neiwenburg* a). Præfuit Episcopatui ab A. 1395. ad A. 1403. v. Pansal. l. c.

a) Iuseruit hosce duumviros Chronico suo *Vulpius* confundens urbem Numburgum & castrum *Neuenburg* s. *Neiwenburg* in excelso monte in vicinia ad Unstrudam situm, *Ludovici* Ferrei, Landgr. Thur. sedem. v. *Urstn.* Chron. Thur. ap. *Menk.* Scriptt. T. 3. f. 1258. & 1268. Comites vero a *Neiwenburg* descenderunt ex illustrissima familia Comitum ab Orlamünda, de quibus *Leuberus* in Catal. sequentia refert: *ORLAMUNDENSES Comites per OSTERLANDIAM & THURINGIAM potentes, diversa cognomina pro domiciliorum diversitate assumserunt. - - - - Eodem modo HENRICUS & HERMANNUS, Comites Orlamundani a possessione castri NEUENBURGK s. NAUMBURGK prope oppidum NAUMBURG, Comites de NAUENBURG salutari voluerunt circa* A. 1284. 1286. v. *Menk.* l. c. f. 1923.

III.

Georgius OBLIK, Abbas Kayserheim. A. 1460. Ipsum Casarienſe cœnobium opulentum est atque longe pulcherrimum ordinis Cistertiensis, non procul ab eo loco situm, ubi Lycus & Danubius in Svevia confluunt. Qua fide autem hic nitatur *Vulpius*, ex Georgio Abbate modo allegato, Numburgensem faciens, non constat. Nota equidem est familia eorum, qui die Oblicken appellati sunt, ex quibus M. Martinus Oblick, ærarii publici præfectus, circa initium Sec. XVII. obiit: incertum autem, an Abbati *Georgio* cognomentum istud fuerit. *Bruschius* in Chronol. Monast. Germ. p. 86. expressis verbis Ingolstadianum appellat, atque sequentia de eo refert: *GEORGIUS, patria Ingolstadianus, eligitur A. C.* 1458. *Celebratur alter Cæsariensis Monasterii fundator propter diligentem œconomiæ administrationem, & monasterii domiciliorum instaurationem. - - - Ædificavit Bibliothecam, infirmatorium, & alias pluri-*

Digitized by Google

plurimas ædes. Præfuit utiliſſime 21. annis. Deceſſit ex hac vita A. 1479. conf. infr. N. 6. not. b.

IV.

M. Petrus *Kühn*, Numb. Decanatu Facultatis Philoſ. in Academia Lipſienſi functus eſt A. 1506. de quo v. Matric. Acad.

Cognominis quidam vixit A. 1654. M. Johannes Kühn, Fac. Philoſ. & Colleg. Maj. Principum Collega.

V.

Bartholomæus *Koch*, Numburgenſ. Vocatus eſt ad Paſtoratum Hertſtadienſem in Comitatu Mansfeldico A. C. 1508. In *Hopenrodii* Bericht von Hetſtädt hæc de eo leguntur: A. 1492. iſt Pfarr hier geweſen Gregorius Werneri, der H. Schrifft D. hatt aber die Pfarr nicht perſönlich bewohnet, ſondern einen Prieſter allhier gehabt. ꝛ ꝛ ꝛ ꝛ E. E. Rath kunte das nicht länger dulten. ꝛ ꝛ ꝛ Schrieben derowegen A. 1507. zu obgenannten D. Werneri und begehrten von ihm, er ſolte die Pfarr ſelbſt verſehen und beſtellen, wo aber nicht, würden ſie verurſacht, ſelbſt einen Pfarrer zu verordnen ꝛ ꝛ ꝛ Alſo ward Pfarr, Herr Bartholomæus Koch (Numburgenſ. A. 1508) ein ernſtlicher und gravitätiſcher Mann und der ſeines Amtes treulich und fleiſſig gewartet hatt, und wiewohl er groſſe Luſt zu Ceremonien und Kirchen-Gepränge hatte, iſt er doch letzlich durch viel Anhalten Herr Johann Rhons, ſeines Capellans dahin gebracht, daß er hatt die reine Lehre des Evangelii angenommen und geprediget, iſt geſtorben A. 1529. an der Schweiß-Sucht, liegt im Chor recht für den hohen Altar. conf. *Diplom.* Nachleſ. P. 5. p. 87.

VI.

M. Georgius *Lyſthenius*, Numburgenſ. varia uſus eſt fortuna. Primo quidem A. 1551. *Jenæ* Depoſitoris munus ſuſcepit: mox Cantor factus *Elnbogenſis* in Bohemia, inde expulſus Numburgum rediit atque tamdiu latuit, donec adeptus eſt parochiam *Rosbach* in Diœceſi Friburgenſi: A. 1567. conſtitutus eſt Diaconus Weiſenfelſ. ubi etiam Abbatiſſæ *Wazdorffiæ* fuit a concionibus. Poſtea potitus eſt Ephoria *Liebenwerdenſi*, A.

Digitized by Google

1573. *Auguſtus* El. Saxon. muneri concionatoris aulici ipſum præfecit, quo etiam per totos 14. annos perfunctus eſt: reſignare tamen coactus per Crypto-Calviniſtas ſub El. Sax. *Chriſtiano*. Dresda evocatus eſt ſolenniter A. 1587. ad Paſtoratum & Ephoriam *Weiſenfelſenſem* ibique tandem mortuus eſt A. 1596.

** Fuſius hæc referuntur in peculiari vitæ ipſius pericope a M. Petro *Horn*, prætore Weiſenfelſenſi, Compatre atque familiari *Lyſthenii* conſignata, quam ex Relatt. Innoc. A. 1724. p. 1064. excerptam heic ſubjicere operæ pretium erit:

„Natus eſt M. Georgius *Lyſthenius* inferioris ſortis parentibus A. 1532. in ea parte urbis *Neoburgi*, quæ ſibi nomen a libertate a) vendicat. Is eſt annus, quem cives a magno b) incendio appellarunt. Cum aptus fuit diſcendis litteris parentes eum in c) ſcholam deduci & inſtitui diligenter curarunt. Anno ætatis 19. Jenam miſſus, poſtmodum Depoſitoris munus ſuſcepit. Erat enim ἐντεράπαυλος, facetus & illis vexationibus apprime aptus. Cum vero ob anguſtiam patrimonii in academia diutius verſari non poſſet, itineri ſe accinxit, & in Diœceſi *Ellebogenſi* d) Cantor factus, uxorem duxit, cum qua miſere in paupertate vixit. Inſuper Pragenſis Epiſcopus perſecutus eſt eum propter ſinceram confeſſionem Evangelii, captivum etiam in carcerem conjeciſſet, niſi nocturna fuga ſuæ ſaluti ancoram inveniſſet. Hoc litteræ teſtimoniales ampliſſimi Senatus *Ellebogenſis*, quas mihi exhibuit, comprobant. Reverſus igitur in patriam apud ſuos latuit, donec opera, conſilio & ſtudio reverendi & doctiſſimi viri, Domini M. Jac. *Wigandi*, Paſtoris & Superint. *Weiſſenfelſii* & *Friburgi* ad Unſtrudam (eo enim tempore erant inſpectiones utriusque conjunctæ, quæ poſtea ſunt diviſæ) adeptus eſt Parochiam in *Rosbach*, hodie Friburgenſis diœceſios. Hinc vocatus autoritate & poteſtate Senatus, quod vocationis litteræ teſtantur, hujus Eccleſiæ factus eſt Diaconus anno nimirum ſupra ſesquimilleſimum 67. cui concionando, monendo & fideliter docendo

„præ-

Digitized by Google

„præfuit. Nihilominus etiam venerabili & nobili Dominæ e)
„Marg. de *Watzdorff*, piæ & religiosæ fœminæ, ultimæ hujus
„cœnobii abbatissæ, fuit a concionibus. Cujus neque muni-
„fica liberalitate, neque Senatus debito salario hic alere &
„sustentare se poterat. Habebat enim numerosam f) sobo-
„lem, conjugem non admodum domesticæ rei gnaram, & æs
„alienum huc secum pertraxerat. Anno 1573. de mandato
„illustriss. & clementissimi Principis ac Domini, Domini AU-
„GUSTI, Electoris Saxoniæ, Superintendentia *Libewerdæ*
„potitus est. Est ea in loco palustri & non satis salubri sita,
„reditus non admodum amplos habens, ut ipse mihi sæpius
„prolixius narravit. De quo modo dixi, Illustr. & Poten-
„tissimus, cum ad venationem venisset *Libewerdam*, man-
„davit *Lysthenio*, ut de cœna Domini publice concionem ha-
„beret. Eam cum Dominus Elector audivisset, adeo fuit ea
„delectatus, atque etiam pronunciatione *Lysthenii* (erat enim
„acuta & clara vox viro) ut aulicis concionibus vocatum præ-
„ficeret. Summam expertus est gratiam cum Domini Ele-
„ctoris, tum Electorissæ Dominæ *Annæ*, ex regio sanguine
„Daniæ progenitæ, per totos 14. annos, quibus suo munere
„in aula perfunctus est. Nam is 12. florenorum ex principali
„largitate in libris rationum Cameræ accepisse legitur: potis-
„simum id factum esse creditur, quod per ipsum divino quasi
„afflatu consilia *Calvinianorum*, in aula *Dresdensi*, Acade-
„mia *Wittebergensi*, & alibi latitantium, fuerint revelata &
„detecta. Verum ut fortuna nunquam est stabilis, nec sede
„moratur in una, secundum Poetam; Cum D. Elector, & D.
„*Annæ* Conjux pientissimæ & illustriss. memoriæ, moreretur,
„& Dominus CHRISTIANVS, Hæres & successor patriæ di-
„gnitatis & regionum factus esset, ipsi *Lysthenio* etiam, pro-
„cul dubio *Calvinistarum* insidiosis machinationibus, munus
„in aula concionandi resignatum est. Aula autem ne inci-
„deret in aliquam suspicionem odii, iræ & inclementis affe-
„ctionis, contra patriæ aulæ concionatorem veterem, manda-

Digitized by Google

„vit *Pirnenſi* Senatui, ut *Lyſthenium* requirerent Superinten-„dentem. Cui Senatus, ut par eſt, paruit, & vocationem „miſit, quam originaliter vidi. Quoniam vero ei inſerta „erat hæc clauſula: *quod fieret ad reſcriptum illuſtr. Princi-„pis Electoris*, oblatum munus ſuſcipere recuſavit. Arbitra-„tus enim eſt, quod veriſſimum fuit, ſe apud populum *Pir-„nenſem* totum pendentem a Calviniano dogmate D. *Stoſſe-„lii*, qui ipſorum Superintendens fuit, & tuba Claſſica, ad „propagandam Sacramentariorum doctrinam, in his terris, mi-„nimum favoris & gratiæ habiturum eſſe. Cum igitur M. „Jo. *Wintzer* ab hac Inſpectione & Superintendentia ad *Li-„bewerdenſem* transferretur, vocatus ſolenniter a Senatu no-„ſtro, in locum ejus ſurrogatus, & a Domino Camerario „*Volcmaro Ziegenbornio* Dresda huc deductus eſt anno 1587. - - - - - Paulo poſt cum comperiretur ſe a ſacra-„mentariis eſſe deceptum & ſub herba illa verborum vene-„natum anguem latere, eo crabrones in aula, quæ ſcatebat „fere tota Calviniſtis, irritari, ipſi carcerem minari ſunt. Quo „indicato ab integerrimo & candidiſſimo viro, *Magdeburgum* „fugit, ubi ad menſes aliquot ſuppetiis Illuſtr. Principis ac Do-„mini, Domini *Joachimi Friderici*, Marchionis Branden-„burgici &c. & Senatus noſtri & aliquot amicorum ope ſu-„ſtentatus eſt. Cum autem Illuſtr. Princeps Sax. Elector *Chri-„ſtianus* Deo clementiſſimo eccleſiis harum regionum bene „cupiente, vitam ſuam in his terris pie clauderet, Paſtor Su-„perintendens poſtliminii quaſi jure ad ſuas oves derelictas „reverſus, eas divini verbi manna pavit usque ad annum „MDXCVI. cujus die XIV. Nov. *Neoburgio* rediens in mor-„bum febrilem incidit, quo aliquoties remiſſior quidem fa-„ctus ad labores ſuos eccleſiaſticos redire volens, inobedien-„tia ſuorum ſemper ad priſtinum ſtatum recidit, qui tandem „prævaluit, ut XXVII. Febr. mane intra 1. & 2. g) Anno „MDXCVII. hac miſeriarum valle egreſſus placide in cœlum „evolaverit h).

a) Germ.

a) Germ. auf der Herrn Freyheit.

b) De hoc incendio ex Chron. quodam MS. f. 431. sequentia duxi commemoranda: A. 1532. am Sonnt. Quasimod. war der 7. April. zwischen 1. und 2. Uhr Nachmittag brandte die Freyheit gantz ab, in wenig Stunden sahe man von einem Thor zum andern, auch der Dom, die Kirchen, alle Glocken, der halbe Creutz-Gang und ein Gebäude im Georgen-Closter, die gantze Georgen-Gasse, it. die Orgel im Dom, 30. Menschen verdorben und erstickten, und bliebe nichts als die Probstey und der steinerne Thurm im neuen Bischoffs-Hofe. Dieser Brand ist folgender massen geschehen: Zu der Zeit war ein Prediger gen Altenburg von dem Schösser zu Eisenberg auf Befehl des Churfürsten Hertzog Hantzen gebracht, da gieng das Volck aus der Stadt hinaus zur Predigt, denn Johann Wolckenhain ward hier vertrieben, daß man zu Naumburg in 3. Jahren keinen bleiblichen Prediger hatte. Damals bin ich mit Hanß Müllern, die Zeit wohnhafftig in der Saltz-Gassen, neben Glorius Oblicken und Matthäus Hülschnern umb die Zeit, da das Feuer, wie angezeigt, angieng, zu Flemmingen im Dorff zur Predigt gewesen, alldahörete ich die Litaney das erstemahl teutsch singen: Als die Predigt aus war, und wir zum Dorffe heraus kamen, da gieng das Feuer auff und war ich ein Mann von 50. Jahren, und ich meinet ich würde mich todt lauffen. Das Feuer war angelegt von einem Vater und Sohn (der auch Pulver in das Feuer geworffen und erwischt worden) die wurden mit glühenden Zangen gerissen, zum Herrn-Thor herauf und umher auf der Freyheit geführet, mit einem Rade zerstossen und verbrandt. Eadem habet Paul. *Langius* in Chron. Numburg. f. 78. in *Menk.* Scriptt. Sax. To. 2. Incentores fuisse de *Weida*, pro tunc mercenarios in *Nuemburg*. Etiam magnas & lapideas Canonicorum ædes, cathedralis quoque Ecclesiæ tectum & turrem in superioribus adeo arsisse, ut etiam campanæ partim conflatæ deciderint, & ad 30. homines & fumo & igne extincti sint, nonnulli etiam prorsus incinerati &c.

c) Rector scholæ cathedralis tum fuit M. Sigismundus Schorckel, de quo vid. P. 1. p. 53. *Numb. Lit.*

d) *Elnboga*, urbs Bohemiæ in Circulo Egrano in Voitlandiæ confinio.

e) Jam A. 1539. Dux Saxoniæ *Henricus* Visitationem instituerat, sancti-

ſanctimoniales tamen in quibusdam monaſteriis a veteri Religione nulla ratione ſe paſſæ ſunt retrahi. Referam quæ in Schiefferdeckers Erneuerten Gedächtn. des Weiſſenf. Zions ed. 1703. in 4. p. 25. leguntur: In dieſem 1539. Jahre geſchahe auch die erſte Viſitation derer Kirchen und Schulen allhier von Herrn Hertzog Heinrichs zu Sachſen ꝛc. verordneten Viſitatorn, Juſto *Menio* zu Eiſenach, Joh. Webern P. und Sup. zu Neuſtadt an der Orla, Hartman Goldacker, Amtmann zu Salza und Thomas Brücken, Vollrath von Watzdorff, Verwaltern zu Bürgel, und Friedrich von Hopffgarten zu Heimck: Da man denn mit der Domina oder Aebtißin Euphemia von Plauſi3, Unterredung gepflogen . . . . und ergienge wegen der Nonnen in S. Claren Kloſter folgende Verordnung: Es ſoll auch der Pfarrer Ihm die Jungfrauen ſonderlich laſſen befohlen ſeyn, und auffſehen, daß ſie im H. Evangelio wohl unterrichtet und in ſeiner Chriſtl. Zucht erhalten werden, darinnen Ihm denn auch die Jungfrauen, als Ihrem Seel-Sorger, gehorſamlich folgen ſollen. Mox p. 58. de Langendorffenſibus incluſis narratur: A. 1598. iſt bey der General-Viſitation noch groſſe Verſtockung und Boßheit befunden worden, da manche gar zu den Papiſten übergegangen, ... A. 1555. hielt M. Jacob Wergand P. und S. allhier Sontag nach Andreä in Cloſter Langendorff Viſitation . . . da uns die 4. Nonnen beantwortet haben, es gehe ihnen wie GOtt will, ſo könten und wolten ſie nicht gläuben daß unſere Religion und Brauchung der Sacramenta recht und chriſtlichen wäre. . . . und wolten alſo in dem Glauben, darinnen ſie getaufft wären, bleiben.

f) Duplici enim vice contraxit matrimonium, uti mox dicetur.

g) Quæſitus paulo ante ultimam analyſin: ſi vita hæc terreſtris eſſet reliquenda, *num corpus in templo velit ſepeliri*? Non, reſpondebat, ſed in publico cœmiterio eum præmiſſis meis ovibus dormiam credens & expectans certiſſime glorioſam reſurrectionem.

h) Habuit duas conjuges, unam, Boëmam Ellebogenſem, *Margaretham*: alteram Torgenſem, *Catharinam*, Filiam Torg. Diaconi, ex qua nati ei ſunt 2. filii & 3. filiæ. Quinam fuerint autem quæ ipſorum nomina, reticet *Hornius*. Non conſtat igitur, an *Leiſtbenii* noſtri poſteris accenſendus ſit M. *Joachimus Leiſtenius*, qui ſub auſpicia Illuſtris Auguſtei A. 1664. ad Profeſſionem Math. & Hiſtor.

Hiſtor. vocatus eſt, & An. 1674. ad gubernacula ſ. Rectoratum Gymnaſii aſcendit, ex programmatibus, quæ edidit, notus. conf. *Introd. Ill. Gymn. Aug.* Leucop. in 4. lit. D.

* Scripſit *Georgius* noſter aliquot Tractatulos & Conciones, quæ publice excuſæ habentur.

VII.

M. Joh. Zerbſt Numburg. Diaconus in æde beat. Virg. Halenſ. vocatus an. 1568. paulo poſt an. 1572. obiit. v. *Heinecc.* Denckm. der Reform. in der Hiſtor. Vorrede p. 82. ed. Hal. 1718. in 4.

VIII.

M. Martinus *Rohte* Numburg. de quo *Bertuchius* non ſine laude refert: *M. Kromayero* (Con - Rectori An. 1608.) *ſucceſſit, ingenii felicitate & docendi dexteritate ſatisfecit officio. Phtiſi conſumtus vitam pie in Chriſto clauſit* A. 1610. v. Chron. Port. P. 2. p. 184.

IX.

Nicolaus *Höpffner* Numburg. parochus fuit in pago Draſchwitz in Dioeceſi Cizenſi A. 1669. publicæ luci dedit Tr. von groſſen Sturmwinden non contemnendum.

X.

D. Chriſtianus Lange: primo Archi-Diaconus Thomanus, poſtea Paſtor, Th. P. P. & Superint. Lipſienſis, *Numburgenſem* ſe appellat in Examinatione 6. Admirationum ſcripti, cui Titulus: Scharffes rundes Auge G. Landherrns c. Pupillam Saxon. ed. Lipſ. 1630. in 4. 12. B. mortuus A. 1657.

De parente ipſius D. *Samuele*, parrer Th. Prof. & Sup. Lipſ. conſtat, in pago vicino Altenburg ruſticis parentibus natum eſſe, atque in pueritia nudis etiam pedibus Scholam Numburgenſ. frequentaſſe. conf. Gelehrt. Lex.

XI. XII.

Johannes Schlöer P. Francohuſanus & vicinarum Inſpector. v. *Bertuch.* Chron. Port. P. 2. p. 390.

Petrus Probſt P. in Utenbach.

Atque hi ſunt fere illi literati, quos *Vulpius* collegit. Superſunt autem adhuc alii, a nobis tandem recenſendi:

Digitized by Google

XIII.

D. Franciſcus *Pfeil*: Ab Electore Saxon. D. *Johanne Friderico* A. 1542. peracta Nicolai *Amsdorffii* introductione in regimine Epiſcopatus Numburgenſis, Cancellarius conſtituitur eſt, cui paulo poſt ſucceſſit D. Nicolaus *Reinaldus*. a) Evocatus eſt *Hamburgum* A. 1546. illiusque Reipublicæ b) Syndicus deſignatus, quod munus ipſi etiam tandem a Republ. *Magdeburgenſi* delatum c) eſt A. 1552. deceſſit ibidem circa finem Seculi XVI. Inter ſcripta d) ipſius, quæ lucem viderunt, eminent *Conſilia Juris*, Opus poſthumum in 2. Centurias diviſum atque a filiis hæredibus curatum, prodiit 2. Tomis in fol. Magdeb. A. 1600. In frontiſpicio operis effigies *Pfeilii* apparet, infra illam vero Symbolum: **Thue recht, laß GOtt walten**: Dedicationi præfixa ſunt inſignia *Pfeiliana*, in quibus lilium depictum eſt, duabus columnis fultum atque ſpiculo transfixum.

a) v. *Seckendorff.* Hiſt. Luth. L. 3. f. 393.

b) Comparet in ſerie Syndicorum Hamburgenſium, quam adornavit *Fabricius* in Memor. Hamburg. T. 1. p. 440. his verbis: A. 1546. Franciſcus *Pfeil* J U. D.

c) Huc ſpectant verba dedicationis T. 1. Conſiliorum præfixæ: *Cum intelligeremus, nec conſilia quidem, quæ ſuperior ætas ſuppeditavit infinita, factorum indies quæ contingunt, circumſtantiis ſatisfacere, hæcce autem parentis noſtri reſponſa diverſas factorum, prout illi partim, cum Cancellarium in diſtrictu diœceſeos NAUMBURGENSIS, partim vero cum SYNDICUM apud HAMBURGENSES & MAGDEBURGENSES ageret, offerebantur, præ ſe ferre ſpecies, nec parum lucis, (abſit arrogantia dicto) Juri Saxonico & conſinium provinciarum ſtatutis & conſuetudinibus afferre, conceſſimus tandem &c.* In dedicatione vero Partis ſecundæ ſequentia commemorantur vitam *Pfeilii* & acta illuſtrantia: *Cumprimis fecit meritorum, quibus parentem noſtrum, ex diſtrictu diœceſeos NAUMBURGENSIS, ubi Cancellarii munere tum fungebatur, evocatum, cum laudatiſſimis veſtris Rebuspublicis Syndicum præficeretis, abunde ſatis profecuti fuiſtis, recordatio. Etenim ſi vos Reipubl. HAMBURGENSIS, quibus ille Anno reparatæ ſalutis 1546. vel vos Reipublicæ patriæ.* (ſc. Magdeburg.) *Proceres, quibus A. 1552. in conſilium aſciſcebatur, nihil prius aut antiquius duxiſtis, quam ut*

ut omni beneficiorum genere eundem, tum laborum, quæ expediendis Rerumpublicarum vestrarum negotiis gravibus certe & arduis, etiam in regionibus longe dissitis terra marique impenderet, tum vero etiam affectionis illius, qua vobis vestrisque civibus ad extremum usque halitum unice devinctum animadvertistis, intuitu cumularetis. Tandem vero additur: *Quod si feceritis, ne & ALIA, QUÆ PENES VOS SUNT PARENTIS SCRIPTA, utilitatis certe non minoris atque præsentia, posteritati ut relinquantur, studebimus.*

d) Integro ac spisso volumine congessit diplomata atque privilegia, Episcopatum *Numburgensem* concernentia, quod MS. (Copial-Buch) supereſſe adhuc alicubi, amicus quidam retulit.

XIV.

M. Ambrosius *Chemnitius*, Bricena Marchicus, D. Martini *Chemnitii*, ex fratre cognomine a) nepos. Primus est, qui A. 1580. ad Diaconatum tertium b) Ecclesiæ Wenzeslai terræ *Numburgensis* vocatus est. † A. 1597. ἄτεκνος.

* Edidit Carmen in Natalem Christi Witteb. 1584. in 4.

Sub præsidio D. Georg. *Mylii* Disput. hab. Jen. A. 1589. de Vocatione Ecclesiastica, quæ est ad Ministerium.

Carmen præfixit Libro D. *Chemnitii* de duabus Naturis in Christo, quod hic reperimus:

Epigramma.

Christus, ad extensam, lua cum daret avida sponte
Membra trabem, vitæ, morte parabat opus.
Nudus, at hoc opus expediit, quia sectilis urnæ
Subjicitur vestis sortilegisque roga.
Dividuam miles prædam facit æmulus æqui,
Pars, ut desecta veste, quaterna fier.
Sed non ense togam rupit: Nam textilis arte
Hæc, inquit, potis est, integra sorte dari.
Vix veniam scelus hoc, sultam ratione meretur,
Sed majus, Christi nunc fit ab hoste, scelus.
Sacrilegus Christi non vestem, condit in urna,
Sed dubio Christum subjicit ille lucro.
Jure scelus pingit fisto, linguamque volutat,
Ad quemvis sensum, fundat ut ore sonos.

Eventu dubio, quod ſi cadit alea jacta,
Os ſimulans, caſum corrigit arte ſua.
Heu ſcelus infandum! jacta datur integra Chriſti
Sorte toga, at Chriſtum dividit iſta phalanx.
Cancellis ipſum dia cum carne coarctat,
Extra quos carnis vis operando fluat.
At ceu Sphæra, ſuum circumrotat acta planetam,
Et veluti clavum volvit adacta rota:
Sic caro quod Chriſti mentis vertigine capta,
Partitæ comptor ſit Deitatis, air.
Quodque caro in cœlo videat circumvaga mundum
Fingit, & abſentem quod procul illa regat.
Hydram hanc, quæ ſaniem tantam evomit ore biſulco,
Chemnitius ſacri Flaminis enſe ſecat,
Aſſumtæ quæ ſit divina potentia carnis
Quique ejus cultus religioque, docet.
Et firmat vivo verbi ſolamine pectus,
Ne deſperato hoc tempore forte ruat,
Tu cave; partitum facias Chriſtum excitus œſtro,
Ne fucato ejus nomine, quære lucrum.
Hune evolve librum, verbi pro lumine grates
Solve Deo, celebra pro pietate virum.

M. Ambroſius *Chemnitius*.

a) Ex Stemma *Chemnitianum*!

Paulus Chemnitius, pannifex † 1533.
Euphemia Kalteabornin, Juterboc. † vidua 1566.

1

Ambroſius, pannifex † 1564.	D. Martinus Super. Brunſwic. † 1586.	Urſula: † virgo innupta 1548.

1

M. Ambroſius: natus 1519.

b) Fallitur *Rethmeyer* P. 3. der Braunſchw. Kirchen-Hiſt. in den Beylagen p. 437. perhibens; Iſt zu Naumburg auf der Freyheit Pfarrer geweſen.

XV. M.

XV.

M. Andreas *Cruciger* vel Creutziger, Numburgenſis. Integro ſexennio primis literis Schola Portenſis ipſum a) imbuit, ſublimioribus Academia Lipſienſis. Primum parochiæ Wahrenbrück b) in diœceſi Liebenvverdenſi præfuit, inde mandato Sereniſſ. Electoris Saxon. ad paſtoratum in c) oppido Zörbig vocatus eſt, tandem munus Paſtoris & Superint. Delitiani ei obtigit A. 1617. Vivere deſiit A. 1644. d. 11. Maj. Uxorem duxit N. Lucæ *Cranachii* Judicis Witteberg. viduam.

a) Acceſſit A. 1594. d. 2. Sept. v. *Bertuch.* Chron. P. 2. p. 393.

b) Refert hæc *Bertuch.* l. c. quando eum vocat: *Artium & Philoſophiæ Magiſtrum, Paſtorem in ARENBRUGK.*

c) Debemus hæc M. F. G. Eltreſtens Nachr. von Zörbig p. 202. Churfürſtl. Durchl. inquir, denominirten M. Andreas Crucigern. Es war derſelbe von Naumburg bürtig. A. 1584. (*Bertuch potius* A. 1594. fuiſſe aſſerit) war Er in die Schul-Pforte gezogen, und hatte darinnen ſein Sexennium ausgehalten. Ehe er anher kam, war er Pfarrer zu Wahrenbrück (Arenbrugk juxta *Bertuch.*) unter der Inſpection Liebenwerda. Zum hieſigen Paſtorat gelangte Er A. 1612. und muſte Ihm auf ergangenen Churfürſtl. Befehl NB. der Rath die Vocation in Nahmen des Churfürſten ausſtellen am 26. Jul. Er wurde hernach Superintendens zu Dölitzſch A. 1617. Als Pfarrer zu Wahrenbrück verehelichte Er ſich mit Lucæ Cranachs Richters zu Wittenberg, nachgelaſſenen Witwe. Starb zu Dölitzſch A. 1644. d. 11. Maji.

XVI.

Andreas *Leopoldi*, Numburg. Officio Sub-Con-Rectoris functus eſt in Gymnaſio Quedlinburgenſi A. 1578. v. Kettners Quedlinburg. Kirchen-Hiſtor. c. 33. p. 245.

XVII.

D. Paulus *Müllerus*, Witteb. Rector fuit Scholæ Senat. Numburg. A. 1621. Vitam ipſius enarrat Gebh. Theodor. *Meierus* in Monumentis Juliis ed. Helmſt. A. 1680. in 4. dignam, quæ huc ſubeat:

Incluta ad Albim *Witteberga* præſtantem nobis hunc dedit virum, natum patre cive & ſartore ibidem. In Schola

& Academia patria literis, bonis artibus & Philosophiæ atque Theologiæ præceptis cum probe esset eruditus *Iglam* in Moraviam vocatus est, ubi Rectoris Scholæ partes administravit. Vixit ibi aliquamdiu & egit sic satis bene, donec Tyranni de Pontificia sacra coactus solum verteret. Bohemiam enim in exilium ire maluit, quam jugo traditionum & institutorum pontificiorum se submittere. Rediit ita Wittebergam, ubi privata opera docuit juventutem Academicam eo successu, ut *Magistri titulo* auctus innotesceret passim, & postea a *NAUMBURGENSIBUS Scholæ Civitatis suæ regendæ* præficeretur. Et has partes tractavit ac gessit laudabiliter quidem, sed non diu admodum, a) utpote mox *Ecclesiæ cathedralis, quæ HALBERSTADII est, ecclesiastes* constitutus. b) Quam spiritum dum ornare atque tempori inserviens strenue veritatem asserere satagit, multa dura sæpius est perpessus a Pontificiis, qui & vitæ ipsius insidiabantur, laqueum ei in ambone non semel tendentes. A. 1630. auspiciis Serenissimi Ducis *Friderici III.* in locum *Struvii* surrogatur, *Antistes Ecclesiæ Helmstadienf.* atque *General. Superintendens* ejusdem atque vicinarum, simulque Theologiæ Professor constitutus est. Quibus muneribus in sextum usque annum bona fide functus est. Anno enim 1636. a maximo Heroe Duce *Georgio* in aulam accersitus Serenissimo Principi a concionibus & consiliis ecclesiasticis fuit, atque ut supremus Inspector Ecclesias Ducatus *Calenbergici* rexit. Magnam existimationem nominis in aula consecutus est, gravi & prudente morum censura. Designatus autem aulæ Calenbergiæ Protoecclesiastes & ditionis Superintendens Generalissimus priusquam Helmstadio Hildesium (ubi tum aula Principis erat) abiret, Doctoris Theologi titulo & honoribus ornari voluit. Impertivit ei illos prudens brabeuta & Decanus Georgius *Calixtus* S. Th. Doct. & Prof. An. 1636 d. 16. Apr. cum Vice-Rectoratu fungeretur ipse D. Calixtus: Pro-Cancellarii vero partes obiret D. Jo. *Stuckius*, hactenus Facult. Juridicæ

Digitized by Google

dicæ Ordinarius, modo dēſignatus Ser. Ducis *Georgii* Conſiliarius & Vice-Cancellarius. Correptus poſt illa paroxyſmo melancholico demandatorum officiorum partibus fungi amplius non potuit. Exiit proinde aula, ſeceſſum quærens in imperiali civitate *Northuſii*, vt pecunias ex reditibus c) *Walckenredenſibus* in annuum ſtipendium ipſi a munificentiſſimo Principe conceſſas facilius cogere poſſet, inde ſecedens abiit *Gottingam*, ubi ex hac miſeria tranſiit in cœleſtem quietem.

a) Idem refert M. Jo. *Theilius* Rect. Budiſſ. in Progr. de vita æterna. ed. Budiſſæ 1660. his verbis: *Ego informationi ejus (Joh. HERZOG v. Numb. Liter. P. 1. p 88.) ad ſuaſum Dn. D. Pauli MULLERI νῦν ἐν ἀγίοις (qui eopſe anno 1624 ex Rectoratu NAUMBURGENS. SCHOLÆ ad officium Prædicaturæ cathedralis Halberſtadienſ. abibat) a parente præficiebar.*

b) Prolixum Catalogum illorum, qui ex pulvere ſcholaſtico in Eccleſiam evocati ſunt, contexuit *Bertramus* in der Nürnberg. Kirch. Hiſt. P. 1. p. 203. quibus tamen adjici adhuc poſſunt Rectores *Scholæ Numburg. Senator.* ſequentes:

M. Gordianus Hirſch, Paſt. Eccleſiæ ſuburbanæ ad D. Maurit. A. 1541.
M. Joh. Baumgärtel, Paſt. in Schönburg. 1551.
M. Joh. Stelzner, Diac. Numb. ad D. Wenzesl. 1574.
M. Chriſtianus *Beemannus*, de quo v. Numb. Liter. P. 1. p. 78.
M. Chriſtophorus Schirmer, Paſt. in ſuburbio ad D. Maurit. 1621.
M. Paulus *Müllerus*, de quo jam expoſuimus.
M. Tobias *Ekhard*, P. in Groſſen Jena. 1631.
M. Philipus Saltzmann, Superint. Cizenſ. 1652.
M. Theophilus *Colerus*, Super. Jenenſ. 1675.
M. Joh. Pretten, Paſt. Prim. Numburg. 1663. v. conciones meas funebres Pflicht gegen die Todten p. 51.
M. Adamus Gſchwend, Diac. poſtea A. Diac. Numb. 1709.
M. Joh. Chriſtian Stemler, Diac. Numb. 1732.

c) Meminit Seren. hujus Ducis *Georgii*, beat. *Leukfeld* in Antiqq. Walckenred. P. 2. p. 154. aliosque etiam a Seren. D. *Chriſtiano Ludovico* ex cœnobii hujus reditibus ſuſtentatos fuiſſe tradit.

XIIX. M.

Digitized by Google

XIIX.

M. Christianus **Krumholtz**, Numburgensis. Theologiæ operatus est in Academia a) Lipsiensi, ubi an. 1672. in beat. Dn. D. *Scherzeri* Collegio Anti-Sociniano D. 30. & 54. respondendo tuitus est. Postea rite vocatus *Weidæ* in Voigtlandia Diaconi munus sustinuit. Cognominis infelicis literati D. Christiani Krumholzii Past. Hamburg. ad D. Petr. contubernalis mei, dum Lipsiæ olim studiorum gratia hærerem, an. 1729. post diuturnam custodiam tandem extincti, quem tamen neque patria (Neostadii quippe in circulo Misniæ, quem vocant, metallico natum) neque cognatione attigit.

a) Ad manus est sequens ipsius ad amicum Numburgensem J. S. exarata epistola, ex qua sequentia decerpere placuit:

- - - - Obiit diebus hisce incomparabilis doctrinæ Evangelicæ assertor ac Theologus, WELLERUS, ille magni nominis, qui dum vixit hactenus, summo cum emolumento Ecclesiæ præfuit. Parentalia instituentur 17. hujus currentis, erit dies solis, ubi simul & apud nos, ut & Witteberga, eadem in beate defuncti honorem celebrabuntur. De successore ipse ὁ μακαρίτης ante suam beatam ἀναλυσιν fuit sollicitus, a Serenissimoque Electore petiit (sic vulgo fert rumor) ut generum suum D. Starckium in suum locum substituat, cui petito annuisse quoque Electorem tradunt: aula tamen primatibus non adeo probari istam personam ex multis recenseri audivi. Deus, cujus opus est, hujus viri jacturam, alio, si omnino non simili, non multo tamen dissimili viro resarciat &c. Dabam Lipsiæ d. 11. Jul. 1664.

P. S. T.

Non plane prætereundam duco nostram illam controversiam de voce *Sathurni*, quam in suspenso hactenus, dum nihil respondi, reliquimus. Brevibus me expedio. Omnino non esse taxandam illam scriptionem, si penitius rem ipsam introspiciamus, præcipue cum nec etymologia, partim ex Græca, partim ex Ebræa linguis destituamur. Ex illa e vocula σαθὴς, ex hac שחר latuit. Mihi tamen magis arridet ratio denominationis desumta ab Ebraico, quam Græco, quia hoc fabulosius forte, illud autem magis nomini ipsi convenit, utpote cum *Sathurnus* latuisse dicatur in latio, a quo & ipsa Regio nomen habet. Vale iterum, & quicquid est, boni consule.

C. Krumhola.

XfX. D.

XIX.

D. Johannes *Schilterus*, Antiquitatum Germanicarum scrutator celebratissimus, quem quidem non protulit Numburgum, aluit tamen aliquando ac fovit. Natus scil. est *Pegaviæ A.* 1632. d. 29. Aug. Patrem habuit Marcum, mercatorem, Zachariæ *Schilteri*, Theologi Lipsiensis, ex fratre nepotem; matrem vero Barbaram, Johannis *Strauchii*, JCti & Prof. Jenensis sororem. Afflicta tunc erant atque bellica tempora, hinc infans vix 3. hebdomadum cum parentibus patria ejectus, Lipsiæ, deinde Dresdæ, latuit. Anni spatio vix præterlapso patre orbatus est. Mater secundis nuptiis in manus convenit Joh. Hertmanni, Senatoris Lipsiensis, qui tamen pariter primo initi conjugii anno, contagio tum grassante, periit, mater insecuta eum est A. 1641. Orphanus itaque noster *Schilterus* a patruo, Joh. *Schiltero*, JCto & Cur. Supr. Elect. Lips. Assess. receptus, Christophoro *Burchardo* atque M. Theophilo *Colero* a) traditus est, qui bonis literis instruerent. *Colerum* secutus est *Numburgum*, quorsum ad Rectoratum Scholæ Senat. evocatus fuerat, atque sub ipso ita eruditus fuit, ut domini patrui judicio maturus videretur, qui ad graviora studia capessenda Academiam Jenensem peteret. Per biennium hic commoratus Lipsiam se contulit, ubi A. 1655. titulo Doctoris Philosophiæ ornatus est. Postea reversus *Jenam* in juris studio perpetua D. *Strauchii*, avunculi sui, manuductione usus est. Spatio 5. annorum elapso venit *Numburgum*, atque in Dicasterio per biennium & amplius causarum patronum egit. Mox a Dn. *Mauritio* Duc. Sax. atque Episcopatus Numb. Administratore cingulum Magistri scriniorum accepit. Exacto autem lustro A. 1671. dignitatem Præfecti Sulani in Comitatu Hennebergico atque in Academia Jenensi insignia atque privilegia Doctoralia consecutus est. Postea a Dn. *Bernhardo*, Duce Vinariensi, in numerum Consiliariorum aulicorum adoptatus est, quem tamen Herum Serenissimum A. 1678. morte amisit. Concessit deinde *Francofurtum* ad Mœnum sequente ipsum contubernali Joh. Henr. *Felzio*, D. & Prof. Jur. Argentorat.

Atque hinc nata occasio, per quam ab Illustri *Obrechto*, Prætore Regio, Provincia Consiliarii Reip. Argentinæ atque Prof. Jur. honorarii ipsi oblata est. Huc itaque se contulit A. 1686. tantaque dexteritate res curiæ & Academiæ tractavit, ut nihil in ipso unquam desideraretur. Conjugium iniit A. 1660. cum Anna Sibylla, Henrici Bornii, Judicis urbani & mercatoris Numb. filia, A. 1699. denata. Pater factus 5. liberorum, quorum hæc sunt nomina: 1) Joh. Godofredus, Jur. Pr. Jen. 2) Susanna Sibylla, nupta Dn. Oberlackio, Jur. Prof. Jen. Unus filius & una filia non diu fuere superstites, proles etiam quinta in utero extincta. In filiam adoptavit Susannam Catharinam Dn. Abrahami Dieudonné, Præfecturæ Landspergicæ in *Meistersheim* administratoris filiam legitimam, quæ rem ipsius familiarem diligentissime curavit. Obiit A. 1705. d. 14. Maji. v. Thesaur. Antiqq. *Schilteri* T. 2. sub fin.

Scripta *Schilteri*:

1. D. de Syllogismis ex hypothesi hab. Jen. 1653.
2. - de analysi vitæ Tit. Pompon. Attici. Lipsiæ 1654.
3. Exerc. 1. Comment. in L. decision. Justin. Jen. 1655.
4. D. Inaug. de Curs. publ. de Angariis & parangariis ac de onere Temonario Jen. 1671.
5. de Condominio circa sacra Argent.
6. de Libertate Ecclesiarum Evangelicarum Tr. Jen. 1681. v. *Pfaff.* Hist. Theol. Liter. P. 3. p. 210. & 346. Emendationes & additamenta adjecit J. H. *Böhmerus*. Hal. 1720.
7. Thesaurus Antiqq. Germ. 3. Tom. in fol. ed. Ulm. 1727.
8. Tr. de renunciationibus.

a) de Colero v. Numb. Liter. P. 1. p. 100.

XX.

D. Joh. Henricus *Melissander* alias Acker. Natus Numburg. A. 1647. d. 12. Aug. Parens ipsius Johannes, sutor, mater fuit Charitas, filia a) Melissandri, neptis D. Casp. b) *Melissandri*, Super. Gener. Altenb. a quo proavo noster nomen *Melissandri* ascivit.

Lite-

Literis humanioribus in ſchola patria primum, deinceps in Portenſi Gymnaſio imbutus eſt. Poſtea A. 1669. Jenenſem Academiam adiit, ibique admodum inclaruit. Proinde non c) Magiſtri ſaltem honores ei tribuit Facultas Philoſophica, ſed etiam in numerum Adjunctorum, quos vocant, Facultatis recepit. A. 1673. ab *Erneſto* pio, Duce Sax. ad parochiam Hauſen, brevi poſt ad Ephoriam Dnn. ab *Hopffgarten*, Anno autem 1689. ad Inſpectionem Eccleſiarum Blanckenhaynenſ. & Cranichfeldenſium vocatus eſt. Lipſienſis Academia A. 1690. e) Licentiati, Wittebergenſis autem A. 1698. Doctoris Theologi gradum ipſi contulit. Officio ſuo poſtremo per 20. annos præfuit, ſiquidem A. 1717. propter ingraveſcentis ætatis debilitatem eo depoſito *Gothan* diſceſſit, ubi A. 1719. d. 21. Sept. catarrho apoplectico extinctus eſt, æt. 75. Conjugem duxit Annam Mariam *Dorfeldiam* Gothæ Anno 1673. d. 28. Novemb. ex qua ſequentes ſuſcepit liberos, 1) M. Johann. Henr. *Ackerum*, Direct. quondam Gymnaſ. Fridericiani, quod Altenburgi floret: 2) Chriſtian. Frider. Ackerum, Jur. Pr. 3) Catharinam Mariam Dn. Jo. Heinr. Hentzoldi P. Macro Lhomani uxorem, nunc beatam. Atque hæc ex literis Dn. Hentzoldi.

a) Johannis ſc. D. Caſparis filii, Paſtoris primum in Aue, diœc. Eiſenberg. poſtea in Wenigen Jena. Concionem ipſius in Ebr. III. 14. A. 1608. Jenæ in templo oppidano habitam denuo publicavit Dn. J. H. Ackerus Salfeld. 1718. in 4. Tres genuit filias, quarum nomina fuerunt: Fides, Spes, Charitas, v. ejusd. Ackeri præfat. ſuper libellum Ehe-Büchlein D. Meliſſandri ed. Rudolſt. 1719. in 12. ſub finem. En! Stemma Meliſſandrinum:

D. Caſpar Meliſſander.
|
M. Johannes Meliſſander.
|
Fides. Spes. Charitas, Joh. Ackeri, ſutoris Numb. uxor.
|
D. Jo. Henr. Meliſſander. Jo. Chriſtoph. Acker.
|
M. J. H. Acker: Chriſt. Frid. Cath. Mar.

Digitized by Google

b) Vitam ipſius expoſui in Hiſtoria Hymnopœorum Commentario meo in hymnos ſacros (Evangel. Lieder. Commentar.) ſubjectam p. 53. conf. *Ludov.* Schul-Hiſtor. P. 3. p. 41. & P. 4. p. 176.

c) In carmine quodam gamico A. 1669. d. 28. Jan. Jenæ impreſſo titulo Poëtæ Laur. Cæſar. utitur. Dicatum illud eſt nuptiis fratris germani, Joh. Chriſtophori Ackeri, Numburg. Chirurgi campeſtris Cæſar. ſponſi, & Catharinæ Roſinæ, Jo. Briegeri, Oenopolæ Namieslavienſ. in Sileſia filiæ, ſponſæ. Nomen ſuum ſequentem in modum deſcripſit: M. Jo. Heinrich Acker von Naumburg, A. M. Kayſerl. gecrönter edler Poet, und der H. Schrifft ergebener.

d) Inter applauſus votivos b. D. Thom. *Ittigius*, tumque adhuc Archi-Diac. Thomanus Lipſ. ita luſit:

Dum *Philyre* ſummos conferre moratur honores,
Nunc illos confert *Leucoris* alma Tibi:
Non minus applaudit *Philyre*, quam *Leucoris* alma,
Doctorique novo proſpera cuncta fovent.

De eloquentia *Meliſſandri* ſacra ita cecinit ibidem Jo. Henr. *Erneſti* P. P. & Rector Thomanus:

Nam ſenſit varias *non una Eccleſia* vires
Dia ut facundo dogmata ab ore fluunt.

XXI.

M. Joh **Lauterbach** Numburg. Natus A 1658. d. 23. Oct. Patrem habuit cognominem, egenum mercenarium. A. 1689. Con Rectoris, deinceps Rectoris partes in ſchola Jenenſi adminiſtravit. Linguæ Teutonicæ veteris perinduſtrius indagator, teſte Exerc. de etymologia & origine vocum Alemannicarum A. 1687. evulgata. Felix in pangendo Carmine vernaculo, cujus generis complura proſtant publico etiam nomine typis exſcripta, comta omnino ac nitida. Defunctus vita A. 1696.

XXII.

M Chriſtianus **Günther** Leutſchovia-Hungarus. Numburgum, quo parens ipſius, M. Andreas Günther (tum temporis exul) ad Diaconatum Eccleſ. Wenzeslaitanæ vocatus erat, in tenera ætate delatus eſt. Literas primas in Schola Senator. hauſit. Diſcefſit deinde Jenam, quæ Academiæ Magiſtri titulo ipſum donavit, poſtea Lipſiam quoque adiit. A. 1709. ab Ill. Dn. Wolff. Dieter.

Digitized by Google

Dieter. L. B. a Werther, Rev. Capit. Numb. Præpoſ. munus Diaconi Coloniæ in Thuringia ipſi collatum eſt, ubi etiam vitam finiit A. 1722. d. 10. Mart. Iterata editione cum acceſſionibus in lucem emiſit *Apologetica* a) *Arndiana* Lipſ. 1706. in 8. Gnarus etiam fuit rei b) numiſmaticæ: & lucem vidiſſent fortaſſis nonnulla alia, niſi morte fuiſſet præventus.

a) b. G. B. *Scharffius* in Supplem. Hiſt. Arnd. ed. Witteb. 1727. in 8. p. 21. ſequens de iſta collectione fert judicium: *Adde ſis judicia, quæ paſſim viri docti pitique de Arndio quique mentis ſuæ ductum guſtumque in rebus ſacris ſecuti, tulerunt: quædam niſi major eorum pars potius elogiorum titulum mereri poſſit, congeſta reperiuntur ab Autore APOLOGETICORUM & Bibliothecario, qui vocari vult a partium ſtudio immunis, utrisque Anonymis.* Mox in ſubjecta nota hæc leguntur:

APOLOGETICA ſic dicta ARNDIANA ſemel iterumque prodierunt, poſtrema vice Lipſiæ 1706. in 8. multo reliquis auctior. Qui hanc editionem curavit, fuit M. C. Günther V. D. M. Coloniæ Thuringorum, quem editio Roſtoch. 1688. anni fugit. Variis autem Arndii & amicorum epiſtolis, teſtimoniis & elogiis ipſius conſtant, quibus Syllabus Adverſariorum etiam non ſine ſtyli acerbitate ſingulari annectitur. Ceterum liber eſt omnino ex quo multa huc ſpectantia diſci poſſunt. Quis Auctor libri Unpartheyiſcher *Bibliothecarius dicti ſit, alias jam innotuit. Neque* vero *fontes ipſos adiit, neque ſingularia multa habet.* Excitantur quoque hæc Apologetica in *Wernsdorffii* D. de libris Arndianis ed. Witteb. A. 1714. p. 26. 32. Compara *Arnoldum* in der Ketzer-Hiſtor. P. 2. l. 17. c. 6. §. 11. f. 459. Cæterum ipſe *Güntherus* in Append. oſtendit, quanta impedimenta objiciantur vero Chriſtianiſmo ab iis, qui hos libros tantopere improbant: ſcrupulos etiam nonnullos aperit. v quid reſponderint Autores Relatt. Innoc. A. 1707.

b) conf. Catalogum eorum, qui inſerviendi ſtudium b. *Junckero* in colligendis numismatibus ad ornamentum libri ſui Gülden und Silbern Ehren-Gedächtniß Lutheri ed. Francof. 1706. in 8. facientibus occupato præſtiterunt, ubi inter reliquos juxta ſeriem alphabeticam in præfat. enumeratos extat:

Der Edle und Wohlgelahrte Herr Chriſtian Günther SS. Miniſt. Candid. zu Naumburg.

Digitized by Google

XXIII.

M. Ludovicus Chriſtophorus *Bloſſius*, vir in literis elegantioribus æque ac Linguis Orientalibus excellenter verſatus. Natus eſt *Rudolſtadii* A. 1675. d. 5. Mart. patre Michaele, balneatore. In ſchola patria probe inſtitutus Halam conceſſit A. 1695. Inſequente vero anno Lipſiam, ubi poſtmodum inclaruit. Docendo quippe alios ac diſputando ſæpius a) factum eſt, ut juſſu Illuſtr. Com. Schwarzburg. Dn. *Alberti Antonii* A. 1704. Con-Rector Gymnaſii patrii conſtitueretur. A. 1709. a *Senatu Numburgenſi* Scholæ Senator, moderamen ipſi demandatum eſt. Officio huic tam egregie ſatisfecit, ut etiam *Budiſſinenſes* eum Anno 1712. expetiverint, quam ſpartam tamen, Patronorum favore commotus, modeſte declinavit. Ceſſit e vita A. 1730. d. 18. Jan. Programmata b) ipſius, quantum in Critica S. valuerit, ſatis edocent. Carmina, c) quæ compoſuit, & latina & vernacula, ingenium ſpirant.

a) Prodierunt ab eo:

D. de voce אלהים quam recenſent ac laudant Nova Liter. Mar. Balth. 1702.

de transpoſitione Accentuum Hebr.

de Anomalia verbi לה.

de rhetorica Compoſitione L. Ebr.

de Qu. Morali: An liceat in bello arbores exſcindere frugiferas ad Deut. XX. 19.

b) Egit in illis:

de Menſe Auguſto. 1706.

de Supplicationibus veterum. 1709.

de Tit. Pſ. XXII. ſ. Præcentore ad diluculum. 1710.

de Sagan ſ. Pontifice Secundario Ebr. 1711.

de voce CAARI ex Pſ. XXII. 17. 1711.

Aggreſſus eſt hoc Programma M. J. S. *Eckſtein*, habita Lipſiæ Diſp. qua derivationem vocis CAARI a rad. כור defendit. 1724.

Huic *Bloſſius* reſpondit peculiari Progr. de Pſ XXII. 17. A. 1725. & ad oppoſitas denuo *Eckſteinii* Animadverſiones in Defenſione repetita vocis CAARI a rad. כרה derivatæ. 1725.

de dicto Zach. IX. 11. 1712.

de

de precibus cum jejunio factis. 1714.
de Judæorum jejuniis Sabbathinis. 1720.
de disciplina pacis nostræ ad Es. LIII. 5. 1721.
de Convitiis Pontificiorum in Lutherum. 1721.
de pœnitentia Ninivitarum ad Jon. III. 10. 1722.
de Luctu propter Christum patientem ad Luc. XXIII. 28. 1723.
de dicto Jac. IV. 4. & qu. an inter Reges eorumque consiliarios vera amicitia statui possit. 1723.
de loco Zach. XII. 10. 1727.
de Ebr. formula loquendi: Quis scit? ad Joel. II. 7. 1728.
de Loco Gen. IV. 1. 1729.

c) Speciminis loco huc refero Carmen in *Duacum* A. 1710. d. 25. Jun. feliciter expugnatum:

Villars in molli dum curat vulnera (1) lecto,
Eugenius peragrans arma virumque parat.
Pugnatum egreditur Germanus, prælia poscit;
Gallus in hibernis otia longa trahit.
Credit, se tuto sua post carecta latere; (2)
Verum nec valida tutus in urbe latet.
En! fugiens talo repetit properante *Duacum*,
Fortius & reddit, fortis ut ipse fiet.
Terra munit, aqua cingit, defendit & igne: (3)
Ac in subsidium plura elementa vocat.
Invia sed nostris via nulla Heroibus: Heros
Nam Deus est: cedunt ipsa elementa Deo.
Obsessæ jactant urbi succurrere Galli;
Nostra manus perstat, fortius urget opus.
Spectatum veniunt, sed non spectentur ut ipsi;
Quæ minitabantur prælia, inire timent.
Nulla est relliquiis, (4) quas misit Gallia, virtus;
Quum virtute sua Gallica tela carent.
Villars militibus libat vinum igne liquatum; (4)
Ast ignes pectus non capit inde novos.
Nam quondam e vallis ejectus turpiter hostis (5)
Nostras in vallo non adoritur opes.
Verbis non ferris ipsas prosternere tentat,
Sed nec Gallorum verba nec arma timent.
Nostri, Galle, tuos ad cantus, crede, leones
Non fugiunt: (6) ictus ferre referre sciunt.

Tu

Tu vero, turbate, fugam qui, Galle, capeſſis
Ad noſtrum aſpectum; ceu lepus antra petis.
Quapropter leporis qui vitam vivere debes,
Claudas ceu Prætor fine Polonus eam. (7)
Nos autem ſolo qui vultu pellimus hoſtes,
Aſpectuque manum cogimus ire retro;
Nonne ipſis tandem teſis ex urbe *Duaco*
Gallorum fractas ejiciamus opes?
Factum eſt. Immo arcis debent quoque tradere muros,
Urbis ſolius qui dare valla volunt. (8)
Sic *Albergotti* virtutis gloria tranſit,
Qui contra fortes fortior eſſe cupit.
Sic uno niſu victoria dupla paratur, (8)
Nobis quam primum quæ bona mille dabit.
Nam poſt tot palmas victrices otia pacis,
Quæ dare non poſſunt conſilia, (9) arma dabunt.

(1) Quæ ſuperiori anno in ſignum ereptæ victoriæ acceperat.

(2) Liceat caſtrenſes Gallorum foſſas (die Frantzöſiſchen Linien) quas turpi fuga, quum a noſtris invaderentur, deſeruerunt, verbis Virgilianis ita deſcribere.

(3) Novis enim ſubinde munitionibus, magnis terræ adjacentis inundationibus & bellicis tormentis *Duacum* tueri ſunt conati.

(4) Sacris enim Reliquiis ſuperſtitionem & vino ſublimato deſperationem animis militum ſuorum conciliare *Villarſium* voluiſſe, publicæ relationes nos edocuerunt.

(5) Cum noſtrates anno ſuperiori Gallorum caſtra probe munita expugnarent.

(6) Ad galli enim cantum leones fugere dicuntur; uti lepores fugiunt ad hominum aſpectum.

(7) Timide latentes atque fugientes leporis vitam vivere dicuntur. Quapropter *Boleslaus* III. Rex Poloniæ, Prætori bellico, ex prælio cum Muſcovitis geſto citius fugienti, colum & fuſum cum *leporis* pelle mittebat. Cujus ille ignominiæ impatiens vitam laqueo finivit.

(8) Caſtellum enim ad Scarpam ſitum, in quod hoſtes, urbe *Duaco* dedita, ſe conferre volebant, una cum urbe nobis tradi debuit.

(9) Quæ de pangendo pacis fœdere Monte S. Gertrudis hactenus ſunt agitata.

* Voca-

Digitized by Google

* Vocationem b. *Bloſſii* Jo. Heinr. *Acker* in Meth. ſcribendarum Epiſt. ed. Rudolſt. 1710. p. 179. non ſine encomio enarrat. „Quinquennium elapſum eſt, ait, cum Cl. Vir M. Chr. Lud. *Bloſſius* ex „noſtro Lyceo meditaretur abitum officio ſplendidiore divinitus de„legato. - - - - - - Inter vero ea *Bloſſius* jamdum de„ceſſione cogitans *multorum precibus permovetur*, ut maneat, uti„lemque ſcholæ & patriæ operam porro præſtet. Prudentum vero „judicio expendebatur, quam noxiæ ſcholis mutationes, *quam ideneur erudiendæ pubi, quam verſatus in linguis, eloquentia & poëſi, quam politus vitæ habitus &c.*

* * *

Superſunt adhuc aliqui, ſi non ſcriptis, *dignitate* tamen atque *meritis in rem* tum publicam, tum *literariam* conſpicui:

D. Chriſtophorus Lange, C. P. C. Conſ. Numb. Prim. & Præfectorum Electoral. per Thuring. Ephorus. 1652.

Jo. Philippus *Romanus*, Numb. Præturæ Cygneæ Præfectus. 1624.

Sigismundus *Raniſius* Numb. Reip. Cotbuſianæ Syndicus. v. M. *Theil.* Progr. de vita æterna. ed. Budiſſ. 1660.

Jo. Fabianus Berricht Nebra-Thur. Conſ. Numb. Prim. & Cameræ Epiſc. Procur. 1667.

(Occurrunt in quodam Catalogo, quem M. *Theilius* Programmati ſuo *de Chriſti Redemtoris noſtri deſcriptione a membris humanis myſtica* ed. Görlic. 1656. ſubjecit ſequentes Gymnaſii *Budiſſin.* alumni:

Alexander Paulus Loth Naumb. ad Salam, hæredit. in Schweinitz. (Paulus Loth, Conſul fuit Numb. † A. 1596. 14. Febr. Sebaſtianus Loth, Senator, † A. 1607. d. 16. Oct. quorum Epitaphia in Eccleſ. D. Wenzesl. cuſtodiuntur.)

Jo. Fabianus Berricht, modo excitatus.

Michael Götze Naumb. ad Salam.)

* * *

M. Damianus Blumenröder, in illuſtri Schola Portenſi Collega Extraord. & primus Diaconus. D. habuit ſub Dn. D. *Michaelis* Halæ de ☽. præſ. A. 1696.

M. Chriſtianus Heider, Tertius, deinceps Con-Rect. ib. vita functus A. 1722. 13. Apr.

M. Fridericus Berger, Kertharia-Miſn. natus A. 1634. Parentem habuit, Johannem, loci paſtorem. Jactis literarum fundamentis in Schola Portenſi in Academiam Lipſienſ. ſe contulit, ubi A. 1658. ſub Decanatu Joh. *Preibiſii* Magiſtri titulum atque honores a Facultate Philoſ. impetravit. Eodem anno Diſp. habuit de *Chionognoſia*. A. 1663. munus moderatoris Scholæ Numburg. cathedralis præ competitore Jo. *Schieffer-deckero* (poſtmodum Weiſſenfelſ. Superintend. & Ill. Auguſtæi Prof. Theologo) conſecutus eſt, quod ipſum per 67. annos maximo cum fructu ornavit. Rebus humanis tandem exemtus eſt A. 1730. d. 15. Octob. æt. 96. rariſſimo exemplo, per tantum enim vitæ ſpatium non niſi ſemel medici opera uſus.

M. Georgius Ilmee Numb. In b. *Scherzeri* Colleg. Anti-Socin. A. 1672. hab. defendit Diſp. 93. A. 1682. ſecundi Gymnaſii Martisburg. Magiſtri partes ei demandatæ ſunt.

Johannes Hartwig Numb. Paſt. Subſt. in pago Cöſſeliz A. 1626. poſtea in Zorba A. 1633.

M. Jo. Chriſtoph. Hellborn, Numb. Paſt. in Hainßburg 1673.

M. Chriſtian Prange, Numb. primum P. Micro-Jen. A. 1700. deinde ad b. Mar. Virg. in aſylo, 1711. tandem P. & Inſpect. in Dynaſtia Dn. a Werther in Frohndorff. 1718. † 1721.

Vitus Acker, Numb. P. in Oſterfeld A. 1624.

M. Joh. Müller, Numb. P. in Schönburg 1623. cui ſucceſſit

M. Sixtus Krauße, Numb. A. 1640.

Adden-

Digitized by Google

Addenda atque emendanda in P. I.

Ad pag. 1. Not. 1)

De *Atribone* hæc habet *Monachus Pirnenſ.* in *Menk.* Scriptt. Sax. T. 2. f. 1447. *ACRIBO (ſonſt ARIBO) Grafe von AZA, des Grafen von SCHWARZBERGK und des Biſchoffs czur Nawmburck WALKOLDES Bruder, wart ſambt ſeiner Furſtyn WILLA anno Chriſti MXXIIII. auf ſancte VEITSBERGK in Voitland vor ſancte Veits altar chriſtlicher weis beſtat.*

ad pag. 3. Not. 5)

Reliquis l. c. excitatis addi poteſt *Heineccius*, qui in Antiqq. Goslar. ad A. 1076. f. 92. ita de iſto *Walrami* libro pronunciat: *HILDEBRANDI literis ex profeſſo reſpondit eruditus quidam vir, qui nomen ſuum prodere ob ſeculi infelicitatem non auſus eſt, licet - - - - - WALRAMVS Numb. credatur.*

Ad pag. 5. No. II.

An *Chronicon Terræ Miſn.* ſive *Vetero Cellenſe* idem ſit cum hocce *Tylichii* Chronico, disquirit b. *Menk.* in præf. T. 2. Scriptt. Sax. No. 5. *de Schannatano Codice*, inquit, *eſt nobis hic paulo fuſius differendum. Nimirum nomen huic Chronico Miſn. impoſuit Editor Joh. Tylichii, Præpoſiti S. Mauritii prope Numburgum, qui ſeipſum etiam Doctorem decretorum & in Studio Lipſienſi Lectorem Ordinarium vocat. Cumque illud res antiquas, quæ ante auctoris ætatem acciderunt, eodem fere ordine & iisdem fere verbis, quibus noſtrum, recenſeat; dubius hæreo, utrum Chronico, quod Cl. Struvius & nos titulo VETERO-CELLENSIS inſignivimus, hæc inſcriptio ſit relinquenda, an vero ei nomen JOHANNIS TYLICHII, de quo nemo quidem antea quicquam cognoverat, præfigendum. In utramque partem ſunt rationes non contemnendæ. Pro priori ſententia facit 1) quod Fabricius & Albinus hoc Chronicon Vetero-Cellenſe dixerint, uti locis eorum probavit in præfatione ſua Cl. Struvius p. 314.*

2) quod non credibile sit, Tylichium, hominem eruditum, eo processisse audaciæ, ut res antiquas omnes, usque ad sua fere tempora, ex alio autore verbotenus fere exscripserit, & pro suis æstimari voluerit. Pro altera vero sententia potest allegari: 1) quod Schannati editio res pluribus locis quasi in epitomen contrahat, & quæ in nostra & Ludewigiana Editione ex Chronico montis Sereni adjecta leguntur, ea vel omittat vel paucioribus verbis exprimat; 2) quod etiam in Ludewigiana legantur ea, quæ satis clare auctorem JOHANNEM TYLICHIUM, Præpositum S. Mauritii apud Numburgum, ejusque ætatem produnt v. g. f. 207. quæ totidem verbis habentur apud Schannat. porro Ludewig p. 255. addit „ Eadem leges apud Schannat p. 86. Judicet Lector eruditus, utrum hoc Chronicon Autori anonymo, an vero JOH. TYLICHIO sit vindicandum, qui diversis exemplaribus illud conscripserit, quorum alterum fuerit plenius, alterum vero contractius, uti solebant interdum Auctores.

Ad p. 8. Not. 5)

Quæ ex *Gryphiandro* allegavi capita & folia corrigas velim, ponendo c. 46. f. 120. & 133. Idem Auctor c. 48. N. 14. de Repkow p. 122. Burgsdorffium appellat Tammonem a Buxtorff.

Verba: *scire debebat Vir CLmus*, in sensu molliori a me scripta sunt.

Not. 6)

De Autore *Speculi Saxonici* ita disserit b. C. H. *Weissius* in Antiqq. Misn. Sax. p. 479. *Speculo Saxonico, in quo jus provinciale Saxonicum continetur, utpote privati auctoris operi, minus auctoritatis tribuunt, quam WEICHBILDI, quam ab Ottone I. Imperatore confirmatam esse nonnulli tradunt. Scriptor Speculi istius EPKO (alii scribunt Ecko) a KEPKAU, nobilis a pago quodam prope Helmstadium sito sic dictus, a quo Conringius Eckardi fidelis proverbium natum esse conjicit, circa annum seculi tertii decimi trigesimum fuit. Is Hoyeri s. Honorati Comitis FALCKENSTEINII precibus compendium juris Saxonici, quod prius ipse latinis verbis conscripserat, in Germanicam*

Digitized by Google

nicam linguam idiomatis Saxonici priſci tranſtulit. Latinum exemplar non ſupereſt amplius. Multa ibi occurrunt iniquiora - - - - Publicam autoritatem Speculum iſtud adeptum eſt nunquam. Gregorius XI. Pont. R. qu. literis, quas bullam vocant, anno ſeculi quarti decimi ſeptuageſimo tertio datis in Speculum Saxon. non leviter invehitur &c. conf. E. G. *Rinkii* Diſſ. de Speculo Saxon. Altorff. 1718. hab.

De *loco*, an jus in hoc Speculo deſcriptum a *Carolo M.* A. 810. in caſtro Thuringiæ die Sachſenburg datum ſit? ſententias Scriptorum affert *Leukfeld.* in Antiqq. Alſted. p. 231.

Inter editiones referenda quoque eſt quæ in lucem prodiit A. 1539. lingua germanica de novo correcta a Johanne *Gigante* cum privil. Rom. Regio. conf. *Guden.* Syllog. I. p. 354. ubi recenſum MSS. veterum in Biblioth. Moguntin. latitantium adornavit.

Ad p. 16. Not. 3)

Langerum fuiſſe illum ſacerdotem, qui *Luthero* Anno 1521. Wormatiam petenti Savanorolæ effigiem miſerit, ſuſpicatus ſum. Autor v. CL. Bibliothecæ Theol. T. 3. p. 412. dubium nectit Chronologicum ex anno miniſterii 1525. ſub effigie *Langeri* expreſſo, qui ſc. A. 1521. nondum fuerit Numburgi. Erraſſe autem pictorem in numero, ex alia ratione ibidem evinci poſſet.

Ad pag. 18.

Medlerum quendam Iſenaci A. 1551. docuiſſe refert *Paullini* in Annal. Iſen. p. 153. Aliam autem noſtro fuiſſe vel ex ipſo anno, *Medleri* emortuali, manifeſtum eſt. Melchior *Adami* pariter Fridericum *Widebramum*, Theologum primo Wittebergenſem, poſt Heidelbergenſem (ubi etiam ex vivis ereptus eſt Anno 1585.) Iſenaci *Medlero* magiſtro uſum fuiſſe commemorat: *qua in urbe*, ait, *tum temporis egregii formandæ juventutis artifices MEDLERUS & ROSINUS florebant.* Et f. 269. cum Witteberga extruſum *Numburgum* A. 1574. conceſſiſſe porro refert, quidque ibi egerit, ſequentibus prodit: *Poſtea Naumburgum eſt relegatus, ubi triennium commoratus Pſalterii ἔμμετρον verſionem, quam Chriſto Domino in carcere voverat, abſolvit de*

EXERCITIIS PRIVATIS, eo in oppido frequentatis, amicis recitavit hos versus:

Hic studiis miscere preces lacrymasque solebam:
Tristis in exilio cum *Widebramus* eram:
Solus eram, nec eram tamen illo tempore solus:
Quando suo mecum numine Christus erat.

His deinde alios quatuor adjecit, adeoque epitaphium sibi ipse scripsit:

Liber ab exilii dimissus carcere tandem,
Rursus in exilium triste profectus eo.
Patria terra vale, cœlestis patria salve,
Quælibet est forti patria terra: vale.

v. *Adami* Vit. Theol. f. 269.

Ad pag. 21. Not. 9)

Widemanni Chronicon MS. typis descriptum Corpori Scriptt. Saxon. inseruit b. *Menken.* ubi To. 3. f. 751. ea sunt obvia, quæ *Medlerum* concernunt.

Ad pag. 25. not. 20)

Concionem M. Georgii *Mohr*, unica plagula constantem, cujus titulum solummodo indicavit *Schlegel.* in Vit. *Langeri* p. 12. integram exhibent Collectores der Samml. von A. und N. 1730. p. 36.

Ad pag. 26. not. 23)

Conferri potest *Seckendorffii* Hist. Luther. L. 3. f. 40. 352. 635. ubi de *Medlero* pluribus exponit.

Ad pag. 40. not. 17)

Meminit hujus Henrici *Fabri* b. Kettner in der Quedlinb. Kirch. Hist. ubi c. 33. syllabum congessit Rectorum Gymnasii Quedlinb. inter quos *Faber* est ordine decimus:

Mag. Heinricus *Faber* 1570 † 1598. dessen Epitaphium in S. Benedicti zu sehen.

Ex hoc Epitaphio solvi posset dubium a b. *Ludovico* adductum in der Schul-Hist. P. 2. p. 277. An idem hic *Faber* scholæ Curiensis Rector fuerit? si modo vitæ ipsius cursus, quod alias in ejus-

Digitized by Google

ejusmodi monumentis fieri solet, ordine descriptus in illo Epitaphio exhibeatur. Hinc mea etiam narratio ita esset emendanda:

> Ipsum sc. Fabrum Numburgo post cladem *Joh. Friderici* Elect. A. 1647. Curiam, postea vero Qvedlinburgum secessisse.

Enimvero novum hic subnascitur dubium. Anno enim 1550. adhuc fuit Rector Numburgensis: testatur hoc præfatio libello D. Medleri: de ratione instituendi juventutem Christianam in Scholis particularibus Witteb. A. 1550. in 8. edito præfixa, ubi Ludimoderator Numburgensis appellatur. v. **Rehtmaier.** Supplem. P. 3. der Braunschw. Kirch. Hist. c. 6. p. 85. Curiam ergo A. 1547. nondum secesserat. Comparet autem præterea inter Rectores Brunsvicenses Martinianos (v. quæ ex *Hamelmanni* Hist. Eccl. idem *Rethmaierus* allegat l. c. Beylag. ad c. 8. p. 464.) & quidem intermedius inter Elingerum & Pouchenium, qui A. 1552. Fabro successisse dicitur v. **Rethmaier.** P. 3. c. 8. p. 391. Hac igitur ratione saltum oportuisset seciſse intra unius anni spatium Numburgo Curiam, & Curia Brunswicum, quem tamen vix concipere licet.

** Hæc quidem ita scripseram. Ex literis autem CL. Dn. *Eckhardi*, Rectoris Quedlinb. celeberrimi, ad me datis tandem intellexi, M. Henricum *Fabrum*, Gymnas. Qvedlinb. Rectorem, natum fuisse A. 1543. antea vero Rectoris officio præfuisse Garlebii A. 1565. Ex quo palam fit, Henricum *Fabrum* Curiensem a Quedlinburgensi plane fuisse alium ætate multo priorem. Commemoranda tamen arbitror, quæ pro benevolentia sua idem Dn. *Eckhardus* indicavit:

> In Catalogo Rectorum Garlebiensium legitur No. XI. M. Henricus *Faber* Qvedlinb. A. 1565. vocatus Qvedlinburgum A. 1570.
>
> v. CL. Dn. M. Werner. Christoph. *Mirne*, Rect. Garleb. Progr. quo auditores invitat ad Orationes quasdam de Dn. nostri Jesu Christi nativitate (duobus aliis thematibus de Martis

Martis & artis connubio, de Rectorum Scholæ Gardelegiensis immortalitate in aliud tempus reservatis) ed. 1719. Rectores in cit. Catal. sunt numero XL. *Fabro* successit M. Christoph. *Barckey* Magdeb. A. 1570.

Epitaphium, ad quod b. *Kettnerus* provocat, quodque in templo S. Benedicti conspicitur, hoc est:

Henrici, ecce, FABRI ora lector, omnis
Qui doctus bene liberalis artis,
Linguarumque trium probe peritus,
Hanc rexit patriam scholam tot
Quot menses numerat dies secundus,
Fide, dexteritate, laude tanta,
Quantum & postera prædicabit ætas.
Nunc pestis violentia solutus
Isto, quod pedibus teris, sepulcro
In Christo placidam capit quietem,
Vitam pollicito sereniorem.

Obiit d. 27. Aug. An. 1598. cum vixisset annos LV.

Hîc ipse *Faber* eruditam præfationem præmisit Sylvæ vocabulorum & phrasium *Decimatoris* ed. 1582.

Fuit Præceptor b. *Gerhardi*, sic enim refert Erdm. Rud. *Fischer.* in Vita Joh. Gerhardi c. 2. p. 11. Parentes *Gerhardi* eum M. Henrico *Fabro* egregio juventutis formatori informandum poliendumque dederunt. Quos ipse ad A. usque 1598. bonarum literarum fideles non minus, quam idoneos habuit præceptores. Et mox in subjecta nota addit: Ita præceptorem suum, *Fabrum*, vocat b. *Gerhardus* in Epist. Dedic. Explicationis Hist. Pass. Christi, lingua vernacula scriptæ. Et in Epist. Dedic. Exegesεos LL. Th. refert, imaginem Fabri ad vivum expressam, ab eximia in scholam & universam civitatem merita in choro templi Benedictini a Senatu collocatam esse: eoque 1598. defuncto sedecim Doctores numerari potuisse, qui ipsius institutioni magnam eruditionis suæ partem sese acceptam ferre haut inviti fuerint confessi.

In

Digitized by Google

In Gvil. *Budæi* Thanatologia (quam b. *Leukfeld.* Scriptt. Germ. inſeruit) f. 272. dicitur γεραμματοδιδάσκαλος pereruditus d. 27. Aug. æt. 55. peſte ſublatus ἔχει δὲ ναυὶ ὄντως ἐν θεοῖς ὁμιλίαν.

Ad pag. 43. not. 5)

De nummis hiſce ſatyricis fuſius agit **Juncker** im Göld. und Silb. Ehren-Ged. Lutheri p. 325. Sind ſpitzige Müntzen, ait, auf welchen des Pabſts und des Teuffels Bild verkehrt zu ſehen, und die allem Vermuthen nach von dem zur Zeit des Interims zu Naumburg regierenden Biſchoffe Nicolao von **Amßdorff** angegeben worden. Taxat tamen *Junckerus* cum Jeſ. Gall. *Joberto* iſtos nummos hæc adjiciens verba: Sie hätten die ohnedem ſchon verbitterten Gemüther noch verboßter gemacht. p. 330. XV. ejusmodi nummi deſcribuntur, ſed dubitanter ſubdit *Junckerus*: Ob Amßdorff alle und jede Medaillen von dieſer Gattung inventiret habe, und verfertigen laſſen, daran wolte ich faſt zweiffeln; denn auch an andern Orten, als ſonderlich in Holland und zu Geneve, dergleichen mögen zum Vorſchein kommen ſeyn; wenigſtens hatt es doch das Anſehen, als ob dieſerley Müntzen von A. 1537. biß 1547. ihm zugehöreten.

Epiſtolæ *Lutheri* omnes ad *Amsdorffium*, quæ in *Relatt. Innoc.* A. 1720 & A. 1721. leguntur, A. 1529. ſunt exaratæ.

Ad pag. 44. N. XIX.

Nervoſe atque ſummatim *Pflugii* vitam enarravit b. M. Fridericus Berger, R. Schol. Cathedral. Numb. & quidem in Programmate, quo ad Parentalia Illuſtris Memoriæ Principis Reverendiſſimi Dn. JULII PFLUGII eruditos invitavit, Leucopetræ A. 1676. impreſſo, ex quo ſequentia hic duxi inſerenda:

His eruditi ſeculi luminibus & primæ magnitudinis ſtellis accenſemus Reverendiſſimum Principem JULIUM PFLUGIUM, hujus epiſcopatus, ac orbis litterati Decus immortale, qui anno ſupra Centeſimum, abhinc duodecimo, menſe Septembri, ex hac turba & colluvione rerum humanarum ad immortalitatem tranſiit. Non ſufficiebat huic

Semoni ad ſeptem, vel ſi placet, octo Tatas divites, quorum progenitores vel ipſis atavis Bohemorum Regibus e vetuſtiſſimo a) Croci ſanguine, & felici *vomeris augurio* in Primislaum & Libuſſam inclinante, perhibentur editi, velut ſubinde horum poſteri Adolphi & Alberti I. Impp. temporibus, per Germaniam inclaruerunt, ortum retuliſſe, niſi & ipſe propria luce per litteras quæſita fulgens plus adhuc ſplendoris in familiam intuliſſet; Adeoque ſolis, quam lunæ maluit eſſe æmulus, lucem potius aliis impertiens, quam ab aliis precariam accipiens. Nec ſpes avara voti caruit ſucceſſu. Factum enim, ut propter ingens ſciendi diſcendique deſiderium omnibus domi forisque charus velut in Famæ Theatrum produceretur, multorumque plauſu exciperetur. Ad hunc rectius demerendum, uſus eſt in ætatis flore Opera ac Informatione *Petri Schadæi*, cognomento *Moſellani*, qui primus poſt b) Richardum *Crocum* Britannum Græcæ Linguæ Profeſſor floruit in Academia Lipſienſi, c) cujus funus poſtea omnibus doctis acerbum diſertiſſima oratione proſecutus eſt. Addimus huic alterum ejusdem Academiæ benignum Julio ſidus *Börnerum*, quo de Fabricius ad Julium: *Lipſiæ vidi Börnerum, qui fere nunc ſolus Academiæ onus & ſpem litterarum ſuſtinet.* Tantis ſtudiorum auctoribus incitatus ſuam defatigari conſtantiam paſſus haud eſt *Pflugius*. Noverat ejusmodi ſupina otia in luteas plebeiasque animas cadere: divinioris contra naturæ eſſe, amare curam, ſomnumque ac ſegnitiem fugere: & cœli nunquam quieſcentis inſtar gaudere pariter motu ac vegetari. Hinc alio ſub ſole calentes accedere populos induxit animum, inque his Italiam conceſſit, ubi vetuſtiſſimam *Bononienſem*, quæ legalium ſtudiorum Monarchiam olim tenuit; inclytumque *Patavium*, cæterasque Italiæ, quæ tunc terrarum domina & princeps eruditionis fuit, delitias elegit, ubi omnium artium ac ſcientiarum, quibus abſolvitur ſapientia, periodos confecit.

fecit. Accendebant hunc ardorem Viri longe lateque eruditionis fama inclyti, quorum converſatione uſus, velut magnes ferrum, ſic eorundem amorem partim attraxit acceſſu, partim alloquio adauxit. Ex certis certiſſimæ nobis ſunt teſtes Epiſtolæ *Sadoleti*, *Eraſmi*, *Fabricii*, *Huttenii*, *Sturmii*, d) P. *Melanchthonis*, quocum Julio ſingularis interceſſit amicitia. Sicuti vero de conſilio e) *Eraſmi*, doctis aſſidue convivere, eosdemque ſtrenue legere, præſtantiſſimum doctrinæ aſſequendæ medium eſt; Ita *Pflugius* in tanta Eruditorum luce, atque oculis ſummorum Virorum non poterat non lux doctrinarum altera (ſic Latinitatis Parentem laudat *Plinius* J.) evadere, ac genuinum nobilitati ſuæ ſplendorem addere. Addidit autem veriſſime, dum ipſius ſcripta in ſalivam publicam emiſſa, illo tempore multorum applauſu avide arriperentur, quibus, quia ſpirabant mera Eccleſiæ Halcyonia & Romani Imperii τὰ ἐνεστῶτα, quid aliud, quam admirationem ſui, & famam concitavit illuſtrem. Non hic tacenda, ſed in præcipua felicitatis parte deputanda eſt gratia, qua apud invictiſſimum Imperatorem *Carolum* V. valuit maxima. Hic enim *Julium* non ſolum ſplendido Conſiliarii Intimi ornavit munere, arduis in negotiis non raro ejus opera utens, f) ſed & ſcripta ejus ſæpe perhibetur legiſſe. Eandem Majeſtatis gratiam pari auſpicio cumulatam expertus eſt Divi *Ferdinandi* I. Succeſſoris. Dignus igitur ſupremæ in terris Majeſtatis favore, quî poterat non in cæterorum oculis ferri ac deſideriis? Ferebatur omnino, atque lynge quaſi trahebatur ab inclyta g) Archiepiſcopatus Moguntini Eccleſia, quæ *Julium* gravitate Canonici venerabilem oſtendit. Eodem exemplo auctus eſt honore Decani Epiſcopatus h) Miſnenſis: Pariterque in veneracionem ejus decentem aſſurrexit Præpoſitura Cizenſis; donec *Philippo*, Epiſcopo Numburgenſi, i) *Philippi* Electoris Palatini Filio, Anno M. D. XLI. ad ſuperos revocato, *Julius* ſolenni & ordinario proceſſu

R. Capituli Numburgenſis ad faſtigium Epiſcopalis ſedis eveheretur. Quanta in hoc Præſule pietas, doctrina, virtus ac prudentia eluxerit, & quam eximia fuerit, ſi dicere parem, vereor valde, ne, quicquid dixero, fuerit minus. Nam interfuit fere omnibus colloquiis illa tempeſtate de religione habitis, vel Auctoritate ipſius Cæſareæ Majeſtatis, ut Moderator; k) vel ut acerrimus Diſputator, vel ut diſertiſſimus Orator. Ad ſeram celebrabitur poſteritatem *conventus* ille *Ratisbonenſis*, l) in quo *Eccius* & P. *Melanchthon* de peccato originis poſt baptiſmum remanente, controverterunt: Nec non *Wormatienſe Colloquium*, m) quo inter Pontificios ac Evangelicos Theologos initio erudite diſputatum de Norma Judicii in Eccleſia: n) In horum utroque ſic ſe præſidem ac Theologum præſtitit *Julius*, ut ne πολεμικωτάτοις h. e. exercitatiſſimis videretur concedere. Taceo auguſtas Legationes ac Expeditiones maximi ſæpe o) momenti, Eccleſiæ vel publicæ ſalutis cauſa ſuſceptas, quarum molem aut varietatem nihil moratus. Quanquam in hoc faſtigio adverſitatum non fuit ἄγευστος. Inciatiſſima Viris armisque ab initio diximus fuiſſe tempora, quid prohibet credere, etiam Theologorum ſpartam tunc armis, non muris defenſam? Pomum quaſi Eridos erat *Liber* ille *Interimiſticus*, p) juſſu Cæſaris, pacis cauſa a *Pflugio* ejusque συνεργάταις ſcriptus, hujus ergo, heu q) quantum numerum ſenſit adverſus ſe hoſtem induere! ut ut ſcripta ejus ἀνέκδοτα teſtentur ingenium in noſtratium religionem mitius. (Hinc quibusdam r) (venia ſit verbo) Neutralis Trigæ Interimiſticæ fuiſſe videtur, ut qui nec totam doctrinam Pontificiam probaret, nec totam rejiceret.) Has tamen acerbitates Spartano partim ſtomacho concoxit, animo partim Heroico contempſit, divinis partim atque Cæſaris ſui Vindiciis commiſit; qui deſideriis quoque ejus clementiſſime aſſurgens, præcipue cum antea ipſa quoque ſede labefactatus fuiſſet, s) ad exigui temporis exhortatus

Digitized by Google

hortatus patientiam: *Bono animo*, inquit, *esto: Tua causa erit mea causa.* t) Dignum tanta Majestate verbum, & ad posteritatem memorandum Patrocinium! Satis quippe superque *Julius* Cæsarei promissi sensit pondus, & pristini Honoris perennem securitatem. u) Hinc æstimari potest, quanta dexteritate agendi, quanta rerum cognitione, quanta auctoritate ac gratia conspicuus fuerit *Pflugius*. Divinas has ejus dotes non nescivit ipse B. *Lutherus*, qui utut Antagonista *Pflugii*, tamen elogio eum mactavit longe splendidissimo. Er, inquit, v) Julius hat Vernunfft, Kunst und vielmehr Gaben, und daß er zum Pabstthumb sehr und gnugsam tüchtig &c. Non minoris ducendum, quod Argentoratensis scholæ Orator, ac Cicero Germaniæ Joh. *Sturmius* w) de *Pflugio* offert famæ. *In eo* (de conventu ipsi sermo est *Wormatiensi*) *apparuit JULII doctrina, summa humanitas, quam pudor quidam amabilis & reverendus commendabat.* Et mox subjicit: *Sed habetis vos domesticum exemplum, in quo vere & clare illa elucent, quæ mihi non recte tribuitis, humanitas, prudentia, doctrina, addo etiam eloquentiam: neque enim existimo in tota Germania quempiam esse, qui prudentius inveniat, purius eloquatur, & elegantius expoliat, id quod ex scriptis ejus facillime animadverti potest.* Paulo post idem: *In Julio vero omnia illustriora sunt ornamenta, industriæ, prudentiæ, gravitatis, doctrinæ, Vitaque ejus quasi Imago quædam est, præclari Viri, & rari atque singularis ingenii. Oratio autem ejusmodi est, ut, quæ ego in Ciceronis libris aliquando vobis indico, eadem in scriptis ejus (JULII) possim demonstrare.* Multa hic alia recensendi in istam rem se offerebat occasio, si vel quadantenus ἔπαινον εἰς μέδιον immittere, integrum esset. Sed in compendium est mittenda oratio, in eaque carptim saltim aliqua & quibusdam quasi punctis acuminata perstringenda, ut ostenderem, quale posteritas habitura sit seminarium, unde justorum volu-

Digitized by Google

minum jugera ſit completura. Totam vero *Julii* imaginem (ὅσον δυνατὸν) in brevi quaſi tabella amplexi ſunt famæ *Pflugianæ* veri æſtimatores Dn. Petrus de Neu-Marck, Doctor & Decanus Numburg. atque Eccleſiæ Cizenſis Præpoſitus; & Conradus a Breitenbach, Doctor ac Decanus Cizenſis, qui tale Monumentum æternitati conſecratum dederunt. x) *Recondita hic oſſa vides Reverendiſſimi Principis ac Domini*, Dn. JULII, *electi ac confirmati Epiſcopi Numburg. Is cum inſigni Pflugiorum Familia natus eſſet, tamen eruditionem, pietatem, prudentiam, multarum denique rerum cognitionem, Majorum ſuorum dignitati adjecit, quæ vera veræ Nobilitatis ſunt ornamenta. Fuit a Conſiliis duobus Imperatoribus CAROLO V. & FERDINANDO I. Quorum alter ipſum - - - - ſumma laude reſtituit. Alter vero ad extremum vitæ ſpiritum ita eum dilexit, ut in arduis negotiis ejus auctoritatem fecerit plurimi. Eruditio, quanta fuerit, ſcripta ejus poſt multas ætates teſtabuntur. Interfuit fere omnibus colloquiis ſuo tempore de Religione habitis. In Comitiis quoque Ratisbonenſibus CAROLI V. nomine Præſes fuit. Subditos ſuos, ut Parens liberos: Chriſti Pauperes, ut pius Diſpenſator: Eccleſiæ ſuæ gregem, ut fidelis Paſtor gubernavit. Vir magni fuit & animi & ingenii, dignus certe, qui in perpetuum viveret, niſi communis lex naturæ, ut naſci, ſic & mori ipſum coëgiſſet. Præfuit - - - pacate ſuis annis ferme* XIIX. *ætatis annum agens* LXV. *Auguſti menſis, die* XXIX, *in gravem morbum incidit: Tertio inſequentis menſis die animam ſibi a Deo datam, pia in Filium Dei confeſſione, & magno ſuorum luctu iterum efflavit.*

Atque hæc ſunt, quæ maxime *Julii* memoriam reddere nobis valuerunt ſacram ac venerabilem.

a) *Höpingius* in tractat. de inſignibus c. 6. part. 8. num. 1386.
b) Henricus *Höpfnerus* in Orat. Parent. Lyſer.

c) *Albi-*

c) *Albinus* in Chronico Misnensi f. 357.
d) *Camerarius* in vita ejusdem f. 201.
e) Ger. Joh. *Vossius* in Præf. dissertat. de studiis.
f) *Possevinus* in Bibl. sel. tom. 2. l. 16. c. 6.
g) *Dresser.* P. II. millen. 6.
h) Idem, simulque Jac. *Sadoletus* lib. XI. Ep.
i) *Chytræus* & *Dress.*
k) *Hortleder* Vol. II. Bell. Germ. fol. 446.
l) Anno 1541.
m) Anno 1557.
n) *Schadæus* in Sleid. P. I. f. 94. *Bucholzerus* in Chron.
o) *Paurmeister.* l. 2. de jurisd. c. 6.
p) *Justin.* lib. 14. c. 5.
q) W. *Stratemannus* in Theatro Histor.
r) Idem.
s) *Calvisius* in Chron.
t) *Chytræus.*
u) *Dress.*
v) Tom. I. Germ. Jen. f. V.
w) Epist. ad Anton. & Philipp. von Werthern.
x) Epitaph. Ciz.

Emisit CL. Jo. Heinr. *Ackerus* ante aliquot annos *Narrationem brevem de JULIO PFLUGIO, Episcopo Numburgense,* Altenburgi in 8. typis exscriptam, ubi ea, quæ *Bergerus* in Epitaphio Pflugiano non sine ratione, omisit, leguntur. Denuò A. 1729. Rudolstadii ab eo prodierunt *Nova Pflugiana*, quibus præcedentem Narrationem locupletavit atque §. 5. de desiderio meo, quo plenum de Vita *Pflugii* expetivi Commentarium, ita statuit: *Optem ipse, ut aliquis, cui solida ac virilis ingenii vis sit, viri excellentis vitam libero calamo describat. Sed rem difficilem optamus tanta caligine ac tenebris. Erunt fortassis etiam, qui nolent ea commemorando renovari, quorum memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitrantur oportere.*

Ex hocce autem apparatu amplificari etiam possunt tituli, in quos vitam *Pflugii* priori Parte distinxi. Huc pertinet:

Gens

Digitized by Google

Gens Pflugiana.

Antiqua, illuſtris, primaria. v. *Camer.* Vit. Melancht. §. 58.

Pater Pflugii.

Præfuit colloquio Lipſienſi A. 1519. Ita enim *Moſellanus* ad *Pflugium* noſtrum: *Principis nomine Pater tuus non ſolum omnibus interfuit, ſed etiam præfuit.* v. Löſcher. Reform. Acta. P. 3. p. 245. 508.

Ingenium excellens & ſtudia.

v. *Gronov.* Dedic. L. de ſeſtertiis. *Albin.* Meiſn. Chron. Tit. XXV. p. m. 357. *Camer.* l. c. & in Comm. in Cic. Tuſcul. 1. ed. 1538. p. 6.

Favor & merita in ſtudia literarum.

Gregorium *Haloandrum* ſuo ſumtu in Italiam miſit. v. *Ludov.* Hiſt. Pandect. p. 287. *Burchard.* l. c. paſſim. *Menk.* Scriptt. Sax. T. 2. f. 655.

Commercium literarium.

Moſellani Epiſt. ad Pflug. extat in *Schilteri* L. de libert. Eccl. Germ. l. 7. c. 11. p. 845. inſerta in Löſchers Ref. Act. p. 508. *Hutten.* ſcripſit ad eum in Italia commorantem A. 1518. quæ Epiſtola extat in H. von der Hardt Hiſt. Lit. Ref. T. 1. ſtatim ab initio atque ſubjicitur Carmini de Nemine. Taceo Menzertum, Heſſum, Camerarium, Lazarum Bonamicum, P. Bonon. Vicellium atque complures alios.

Iter in Italiam.

Suſcepit hoc A. 1517. v. *Albin.* l. c. ubi comitem ipſius fuiſſe refert Chriſtophorum *Turcum* poſtea Cancellarium Moguntinum. v. *Burchard.* de Fat. linguæ lat. P. 2. p. 509. *Sabin.* poëm. p. 432.

Encomia Pflugii.

Laudat eum *Eraſmus*, præprimis ejus Orat. v. P. 2. Epiſt. p. 1323. ed. Cler. *Bœcler.* Bibliograph. Crit. p. 668. *Bodin.* Meth. Hiſtor. c. 6. p. 287. Jac. *Sadolet.* in Epiſt. *Sturm.* in Nobilit. Liter. ed. per Phil. *Müller.* p. 85. *Rechenb.* Sched. Hiſt. de Nobil. Miſn.

Digitized by Google

Miſn. Liter. Sect. 2. §. 25. *Paullin. Annal.* Iſen. p. 149. G. *Arnold.* in Vit. Maurit. v. *Menk.* Scriptt. T. 2. f. 1220.

Libri Pflugio dedicati.

Viti *Amerbachii* Prof. Ingolſt. Enarratio Epiſtolarum Cicer. ad diverſos Baſil. ex Off. Opor. 1553. in 8. *Camerarii* Comment. in M. T. Cic. Tuſculanam primam ed. Baſil. 1538. per Rob. Winter. v. Burchard. l. c. p. 511.

Titulus Doctoris, quo Pflugius fuit ornatus.

v. *Seckendorff.* H. L. l. 3. f. 389.

Sententia Pflugii de CICERONIANO ERASMI.

Pflug. in Epiſt. ad Menzerum: *De Ciceroniano Eraſmi, quando ita tibi videtur, cognoſce, feram autem judicium non hercle magis, quod exiſtimem me afferre poſſe, quod te fugiat, quam ut tibi amantiſſimo mei morem geram. Ac ne longum faciam, ſi tanta eſſet verborum ſylva apud Ciceronem, ut omnia quæcunque ad dicendum proponerentur illis ipſis explicare poſſemus, fortaſſe neque Eraſmus neque quisque alius Ciceronem ſolum in ratione latine loquendi viſitandum eſſe, negaret: ſed cum ille non omnia, de quibus dicendum eſt, fuerit perſecutus, niſi de quacunque re propoſita loqui velis, vocabula multa ab aliis autoribus ſunt mutuanda, hinc ſtatuit Eraſmus, etiam alios bonos autores imitandos eſſe. Nam ita mihi ille ſentire aut ſentire debere videtur. Ego vero quanquam concedo, multa propria rerum vocabula in Cicerone deſiderari, eaque, ſi opus ſit ex aliis autoribus ſumi oportere: tamen illud affirmare poſſum. Si quis Ciceronem ſolum recte imitetur, eum latinis, aptius atque ornatius de quacunque re propoſita dicturum eſſe, quam quemque alium. Nam illud inter eruditos ſatis conſtat, duo eſſe vocabulorum genera, alterum quidem publicum, alterum privatum; illud convenire in omnia, hoc autem ſingularum ſcientiarum eſſe proprium. Publico Ciceronem abundare præclare intelliget, quicunque ſcripta ipſius diligenter cognovit. Etenim ſive docere velis, ſive delectare, ſive monere, ſuppeditabit Cicero verba, quibus id commode poſſis facere. Nulla eſt enim in ullo genere ora-*

tionis laus, cujus non perfectio aliqua - - in ſcriptis ejus eluceat. Quare ſi quis talem, tamque præclaram facultatem conſecutus fuerit, quid erit, de quo ille non perbene latine loquatur? Neque vero me movet illud, quod dici ſolet, privata quædam vocabula, ab aliis autoribus petenda eſſe. Quaſi vero non poſſimus aliquem recte imitari, ſi in ea ipſa imitatione adhibeamus aliqua, quæ aliunde ſumpta ſint. v. Hiſt. Eccleſ. Monum. P. 2. p. 36. ubi hæc Epiſtola ad Camerarium a *Pflugio*, tum quidem Miſenenſi Decano, ſcripta legitur, unde eam Cl. *Hallbauerus* inſeruit Collect. de Imit. Orat. p. 281. conf. *Mosheim.* Not. ad Morhoff. L. de pura dict. Lat. p. 53.

Scripta Pflugii.

Præter antehac a me indicata plurima ἀνέκδοτα extare dicuntur in gaza literaria Ser. Ducis Martisb. In Petri Appiani & Barthol. Amantii Inſcriptionibus in fronte legitur Epiſtola Pflugiana. Decretum Cæſareum ex Schedis Jul. Pflugii repetitum comparet in b. J. A. Schmidii literis ſecretioribus Ferdin I. R. Imp. pro obtinenda Euchariſtia ſub utraque.

Inſignia Pflugiana.

v. **Wentzels** des Pflugiſchen Ritter-Stammes fortgepflantzter Ehren-Ruhm, ubi p. 1. ita canit:

Der Pflug-Schaar pfleget ſich durch feſtes Land zu reißen,
So reiſt ſich euer Lob durch allen Lauff der Zeit;
Und daurt ſie unverletzt durch ihr geſtärcktes Eiſen,
So zeigt uns euer Stamm noch mehr Beſtändigkeit.

Dignitas Epiſcopalis.

v. *Chytræi* Chron. Sax. f. 453. *Camer.* l. c. Spalat. Annal. Birck. dreyfach Interim p. 16. 266. qui, quantum PFLUGIUS in *Conventibus Theol.* autoritate valuerit, pluribus enarrat. conf. G. *Arnold.* l. c. in *Menk.* Script. T. 2. f. 1220.

Antagoniſta POLLICARIUS.

Extat in der Samml. von A. und N. 1728. p. 506.

M. Jo.

M. Jo. *Pollicarii* weyl. Super. (1562.) in Weiſſenfelß Confeſſion und Antwort, die er in ſeinem ſchweren Gefängniß daſelbſt gethan Gr. M. Auguſtino Jonæ und Georgio Liſteno, beyderſeits Diaconis zu Weiſſenfelß den 26. Jul. A. C. 1569. aufgeſetzt von G. *Liſtenio*, der Fr. Abtißin in Weiſſenfelß (Margarethen von Watzdorff) Beicht-Vater, ex MS.

In nota ſubjecta tradunt Dn. Collectores: Pollicarium alias Daum dictum fuiſſe atque patriam habuiſſe Zwiccaviam. Multa egregia contra librum Interim evulgaſſe. Propter adulterium conjectum eſſe in carcerem, ex commiſeratione tamen parochiam viliorem (pœnitentz-Pfarre) ei obtigiſſe in pago Marckt werben Leucopetræ vicino.

Ad pag. 53. No. XXII.

Phil. *Melanchthonem* editionem *Helmoldi* Schorkelio ſvaſiſſe aſſeverat Cl. *Chriſtius* in Suſelizis p. 19.

Ad pag. 55. No. XXVI.

Delendus eſt Thomas *Mitis*, Bohemus quippe Nlemburgenſis, (quæ civitas ad Albim ſita circulo Reginogradecenſi annumeratur) atque celebris Typographus Pragæ A. 1563. Prodiit A. 1721. Wittebergæ in 4. M. J. C. *Coleri* Comm. Hiſt. de Bohuslai *Haſſenſteinii* L. B. *Lobcovici* vita & ſummis in rem literariam meritis, de cujus opuſculis idem T. 1. Antholog. ſuæ p. 198. diſſerit, novamque editionem promittit: *De nova*, ait, *opuſculorum HASSENSTEINII editione quod iterum me iterumque admones vix opus eſt exhortatione vel tua, vel multorum aliorum. Scio pridem expetitam illam curam eſſe publico voto in Nov. Lit. Lipſ. Lat. A. 1719. p. 188. Sed necdum licuit mihi conſilium dudum agitatum effectui dare. Spero autem me tandem illuſtris quondam viri præſtantiſſima ſcripta felici auſpicio in lucem revocaturum eſſe.* In priori libro ſeu vita Lobkowizii idemidem *Thomæ* hujus injicitur mentio. Cura ipſius lucem aſpexerunt *Haſſenſteinii* Poemata ſub Tit. *Illuſtris ac generoſi D. D. Bohuslai Haſſenſteinii a Lobkowiz & Baronis Bohemici Poetæ Oratorisque clariſſimi Farrago Poëmatum in ordinem di-*

geſtorum ac editorum per THOMAM MITEM, Nymburgenum, cum grat. & privil. Cæſar. Progæ excudebat G. Melantrychus ab Aventino A. 1570. in 8.

Ad pag. 56. N. XXVII. not. 1)

Occurrit hoc G. *Arnoldi* opuſculum & quidem ſtylo Romano primitus ex MS. evulgatum in b. *Menkenii* Script. Sax. T. 2. f. 1151. In Dedicatione laudatur probitas atque juſtitia viri illius ſingularis, quorſum imprimis verba ſequentia ſpectant:

Erat ſane vir integerrimus ille, & omnino talis, cui eximii Principis præconia digne committerentur. In juventute perluſtrarat varia regna, & experientiam ſibi comparaverat peculiarem. Linguas diverſarum gentium callebat, eloquentia & eruditione præſtans erat, ideoque ad Cancellarii munus vocatus, officio illo per annos viginti novem magna cum laude functus eſt. Alienis negotiis nunquam ſe ingerebat, ſuoque ſtipendio contentus nunquam inhiavit Principum donis. Quicquid temporis illi vacuum ab officii laboribus dabatur, id diebus profeſtis inſumebat ſtudiis ſuæ profeſſionis, & QVOTIDIE HORAM MATUTINAM ET VESPERTINAM SACRIS PRECIBVS TRIBUEBAT. Diem autem Dominicum totum concionibus audiendis, lectioni & meditationi ſacrarum literarum impendebat, ex quarum præceptis totam vitam conformabat &c. (Autor hujus Dedicationis eſt J. G. *Arnoldus*, patruelis *Georgii* noſtri, cujus vitam recenſet Heine in Beſchreib. von Rochlitz p. 216.) & f. 1256. ſubjicitur Epitaphium *Arnoldi*, quod ita ſe habet:

D. O. M. S.

GEORGIO ARNOLDO CHEMNICENSI JC. EXIMIO QVI AN. ÆT. XXI. ITALIAM GALLIAMQVE ADIIT UBI ELAPSO VI. DOCTORIS INSIGNIA PISIS ADEPTUS IN HAC DIOECESI AD CANCELLARII MUNUS ELECTUS EST IN EOQUE PER ANNOS XXIX. PRUDENTIA FIDE ET COMITATE CUM PRINCIPUM IV. GRATIAM TUM BONORUM OMNIUM CARITATEM SIBI

Digitized by Google

SIBI CONCILIAVIT NEC NON ALTIOREM OBLATI OFFICII GRADUM SUBMISSE DEPRECATUS EST: VIRO EXPERIENTIA RERUM MAX. SOLERTIA CONSILIORUM FACULTATE LINGUARUM ET ELOQVENTIA PRÆSTANTI ATQUE INPRIMIS SINCERÆ RELIGIONIS ET JUSTITIÆ OBSERVANTISSIMO PLACIDE ET SANCTE MORTUO XXX. SEPT. AN. CHR. MDLXXXVIII. C. V. ANN. LVI. M. XI. D. XV. UXOR VIDUA MOESTISSIMA H. M. P. C.

Ad pag. 72. lin. 2.

Loco die 30. Jan. ponatur d. 26. Oct. Antecessorem habuit Joachimum *Utechium:* aggressus est Ministerium mense Novembri. De vita ipsius Epistolam dedit ad D. D. *Gleichium* b. M. *Müllerus* Rect. Port. quæ Orationi ipsius seculari annexa est, excusæ Numburgi A. 1701. in 4.

Ad Not. 7)

Editio prima prodiit 1580. Occasio libri hujus conscribendi fuit hæc: Cum ab ipso Con-Rectore adhuc Ratisbonensi Ciceronis Epistolæ ad familiares essent explicandæ, vidit, se sine historiarum atque Antiquitatum Rom. cognitione operam in illis lusurum. Quoniam vero justum Systema nullum reperiebatur, ipsemet corpus construere & dirigere cœpit.

Ad pag. 73. lin. 2.

Compara b. *Schreberi* Vit. Fabric. p. 234.

ibid. lin. 6.

Johannis *Rosini* pater *Bartholomæus* Isenaci primo docuit. v. *Paullini* Annal. Isen. p. 153. *Adam.* Vit. Widebrami f. 1562.

post lin. 17.

Cum A. 1669. b. M. Frider. *Bergeri*, Rectoris, conjux prior ex gente Fraundorffiana humanda esset, in b. *Rosini* tumulum illata fuit, quem propterea sequenti Epitaphio exornandum vir ille beatus censuit:

Chronoſtichon:

HICCe ſItor CIneres, refrICo tIbI Iane RosIne
hos Mea Coſta CapIt: ꝧ VtrIVsqVe trIas.

Amplioris famæ quam fortunæ Antiquario 7. Oct. A. 1626. peſte ſurrepto debebat F. B. R.

Ad pag. 76. lin. 4.

M. Bernhardum *Winterum*, viduam, *Grauliam* in matrimonium duxiſſe inde conjicio, quia A. 1581. nuptias celebravit cum Margaretha *Stördelia*. Gratulati ſunt ipſi amici, præcipue filii b. *Selnecceri* Daniel & Georgius, quos bonis literis Winterus imbuerat. Carmina impreſſa ſunt Lipſiæ per Georg. Defnerum ſub Tit. Epithalamia Rev. & Doctiſſimo Viro Dn. M. Bernhardo *Wintero* Diacono Naumburgenſi digniſſimo & pudiciſſimæ Virgini Margaritæ, Petri Stördelii civis Lipſ. F. ſponſis. Afferam ſaltem illud, quod ipſe *Selneccerus* compoſuit:

Quæſitum eſt olim, cum connubiale Calixtus
Presbyteris lorum Papa negaret atrox:
Cujus nam generis vox eſſet trita, Sacerdos?
Reſpondit, ſexus eſſe utriusque, puer.
Diſcimus a teneris donatum dona ferentem
Jungentemque ſacro par, duo ſacra, jugo.
Confuſa impietas Papæ eſt & ſpurca libido
Reddita ſunt ſacro debita jura toro.
Gratulor ergo tibi, Chriſti Bernharde miniſter,
Conjugii ceſtum, gaudia, vota, decus.
Junge ſacerdotem ſponſam tibi ſponſe ſacerdos,
Caſta ſacerdotum pignora digne Deo.
Utque ſacerdotes Chriſto vos dedite ſummo
Pontifici, qui vos copulat, ornat, amat.

Ad pag. 81. N. 53.

M. Danielis Raderechts Grammat. Græca typis excuſa eſt Lipſ. A. 1626. Cum A. 1613. b. Balth. *Menzerus*, Theologus Gieſſenſis, Exegeſin A. C. in publicum proferret, ſequens labori huic præfixit encomium:

In

Digitized by Google

In Auguſtum Auguſtanæ Confeſſionis Trophæum:

Auguſta Auguſtana manet Confeſſio; gloſſa
Vindice *Menzero* nunc peregrina ruit.
Miraris? rabidum tanta virtute leonem
Nigra quod Alcides jecit ad antra necis.
Miror, quod decimum confecit ſtrage Leonem
Gloria Saxonici prima Lutherus agri.
Miraris? totum juveni quod robore mundum
Magnus Alexander clauſerit imperio.
Miror, Menzerum tam parvo, quidquid in alma
Scriptura ſucci eſt, claudere poſſe libro.
Tu, *Romane*, minas jam contrahe, contrahe & aris
Thecas, nunc Miſſæ gloria ſpreta jacet.
Tu, *Calvine*, Dei myſteria ludere perges?
Decreti horribilis regula fracta jacet.
Quid, *Photine?* miſer: ridetur miles inermis,
Et tua, quid grunnis? mens pudefacta jacet.
Auguſta Auguſtana manet Confeſſio: gloſſa
Vindice MENZERO nunc peregrina ruit.

Daniel Raderecht, P. L.
Numburgo March.

Ad p. 81. N. LIV.

Non ſine odio atque adverſitate parochiam in Saleck adminiſtravit *Dauderſtadius* teſtibus hiſce literis idiographis:

Salutem a Salutis auctore Jeſu Chriſto. Amen.

Reverende, Clariſſime atque Excellentiſſime Domine Doctor, Superintendens vigilantiſſime, Domine Patrone ac Compater Patris certe mihi loco in Chriſto plurimum ac reverenter colende; Quod de ſui ſeculi hominibus conqueſtus eſt πανάθλιος ille Dei Propheta Jeremias, habitare nimirum ſeſe in medio ſcorpionum: Idem profecto miſer ego homo hic in extremitatibus Præſulatus Veſtri vere conqueri poſſum, immo extrema neceſſitate compulſus queror: Habito in medio ſcorpionum.

Sale-

Digitized by Google

Salecenſes enim mei Satanico prorſus furore atque œſtro perciti, malum mihi machinantur, mihi adverſantur, quibuscunque poſſunt modis. Trahunt iniquitatem in funibus vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum, ut Prophetæ verbis utar. Eum vero, qui hoſtem ſeſe Paſtoris non profitetur, quique manifeſto aliquo facinore illud publice non declarat, in ſocietate ſua ferre nec volunt, nec poſſe ſe videntur. Ululant ergo nonnulli cum lupis, quibuscum eſſe cupiunt. Hinc adeo fit, ut neminem ego hominem habeam, qui operas mihi manuarias præſtet. Qui enim officium aliquod Paſtori facit, ille pro adulatore publice proclamatur; (Wer in der Pfarr arbeitet, muß des Pfaffen fuchsſchwenzer ſein.) Male agunt, peſſime vivunt, vituperari nolunt, & opera ſua occulta eſſe volunt. Quod certiſſimum eſt τεκμήριον, ſecundum Salvatoris Joh. 3. pronunciatum, opera ipſorum eſſe opera tenebrarum: quia ſtudioſe occultant, & ſi manifeſta fiant, & pro dignitate reprehendantur, aliis indignantur, quos illi meos putant delatores. Deum vero, quem judicem nemo fallere poteſt, teſtor, ſummam miſeris iſtis hominibus, quos hac illi ſupicione onerant, fieri injuriam. Sed tranſeant iſta; ſunt enim leviora, & fortaſſis aliis etiam mecum communia. Die Leute wollen, der Pfarrer ſoll blind und taub ſeyn, und endlich auch zum ſtummen Hunde werden: quæ - - - - ? Unum eſt præ cæteris facinus egregium, quod in ſinum R. V. E. deponere, & quid mihi hac in parte faciendum perquirere libuit. Præfectus Salecenſis, Dn. M - - -, in villa trans-Salana habet villicum, nobilem, affinem ſuum, ſed vere ignobilem, & moribus ruſtico quadrato, quam nobili, ſimiliorem. Hic nobilem ſe non eſſe putat, niſi nobili aliquo facinore nobilitatem ſuam prodat, & Paſtorem etiam ſuum probe exagitet, vexet, ignominia aliqua inſigni adficiat. Haud dubie ita pactum eſt inter ruſticos (quibus in caupona admodum eſt familiaris) & ipſum, ut ipſe in me irruat; impune enim illum omnia laturum affinem quippe Præfecti. Taceo, quas uxori & domeſticis meis contumelias primo conatu intulit; in publica enim

enim via uxorem diris omnibus paulo ante devoverat, (alle Sacrament an den Hals geflucht) & tandem ad posteriora (salva venia) remiserat. Egregium nobilem, quem sua nobilitat virtus! Dignum certe, qui Gynæceo alicui illustri præficeretur. Occasionem hinc inde quæsivit in me quoque bilem, furorem potius, conceptum revomendi: quod cum animadverterem, studiose mihi ab homine cavebam. Tandem ubi videt homo, nihil sibi occasionis relictum, per manifestam injuriam me conatur provocare. In agris parochialibus sunt pyra nonnulla sylvestria, quæ mihi, non Præfecto, debentur: id quod Dn. Præfectus ipse non diffiteretur; denn sie stehen allein auf den Pfarr ꝛ ꝛ ꝛ ꝛ ꝛ ꝛ. Nili unum ex messoribus meis, qui pro tertia parte sibi reservanda, decerperet, (alia enim conditione operarios habere nequeo) sed a Nobili abactus domum redire jubetur: non Pastori, sed Dn. Præfecto deberi pyra. Contrarium erat verum, neque hoc latuit hominem: saltem quæsivit ansam ægre mihi faciendi, & suis me impetendi convitiis ac illusionibus. Accessi hominem, ad fores meum adventum anxie postulantem: quæsivi amicis verbis, ecquid hoc sibi vellet? Er hette sich meiner Beume anmasen wollen, da doch der Herr Amptmann die Zeit seines Lebens nichts davon begehret, auch nicht befugt. Dicebat: Er hette gemeinet, sie weren des Herrn, hette es aber jetzund anders erfahren, sc. ea ipsa loca, Er wolte mir sie nicht nehmen. Dicebam: Ich merckte fast so viel, daß er sich wolte zu mir nöthigen, ich wolte freundlich dafür gebethen haben, ich gebe ihm keine Ursache, Respondit: Welcher Teuffel sich zu mir nöthigte, was er nach mir fragete, ich solt ihn zufrieden lassen, (o wie gern wolt ich, wenn ich für ihm könte Friede haben) und sollte mich GOttes Sacrament rühren. Exprobravi paucis levitatem blasphemandi & maledicendi nomini divino; da kam die Sauglocken vollend gar, Ey ich solte ihn (peto mihi ignosci) ungeschoren laßen, das wär zwar fürs ꝛ ꝛ ꝛ ꝛ ꝛ, wenn ich ein ander Mann wär, wüste er wohl was er thun wollte, Ich sagte, was er denn thun wollte, er würde mir ja das Leben nicht nehmen, Respondit:

ſpondit: Ey das ſollt mir der Diebhencker nehmen. Ita miſer ego homo tum excipiebar, & tacitus ab homine importuniſſimo diſcedere cogebar. Conqueſtus ſum per litteras de injuria, levitate, deſultoriaque importunitate hominis apud Dn. Præfectum: ſed tacite, uti videtur, in ſinum rider, licet verbis aliud præ ſe ferat. Auxit enim facinus illud novo alio. Superiori ſeptimana cum prætore noſtro pagano (ſui nimirum ſimillimo homine) in caupona totum delituit diem: ſub noctem: ſub noctem duos arripuit piſcatores, fidibus miſere ſtrepentes; & in pagum diſcurſitando, publice traduxit miſerum Paſtorem. Da hat ſich der arme Pfaffe, (der damahls lag und ſchlieff, doch von ihrem Getümmel einmahl auffwachte und ihrem tolliſiren zuſahe und zuhörete,) tapffer leyden müßen, da ſollten die Pfaffenknecht mit ihm in die ſchencke gehen. Cætera ſilentio involvo.

In mentem mihi vero venit, reminiſci Paulini illius: nemo te deſpiciat. Peto proin ſalutare a R. V. E. conſilium, quid faciendum? an injuria hæc muſſitanda, & æquo animo perſerenda. Exemplorum enim in utramque partem magna eſt vis. Detrahat nimirum homo iſte plurimum auctoritati meæ, habet enim aſſeclas ex Saleceſi communitate, homines omnium contumaciſſimos, quovis ſaxo duriores; & inter hos Cauponis noſtri ſocerum, annoſam vulpem; prædeceſſorum meorum flagellum. Sed ſto conſilio R. V. E. quicquid illa ſuaſerit placebit. Hoc unum.

Deinde res eſt mihi & vicino meo Dn. Paſtori in *Abtlöbenitz*, cum alio Nobili T. qui multis modis nos defraudat in decimis debitis porrigendis. Hat heuer Garben geben, warlich nicht gröſſer denn die Dachſchoben, haben etliche beygeleget, Herr Peter hat freundlich an ihn geſchrieben, ſed fruſtra: niſi contenti eſſe velimus, juſſit nos ad Dominos Conſiſtoriales eum deferre, ſe reſponſurum. Es iſt gar zu arg, wenn es ein wenig were, ſo müſten und könten wir wohl zufrieden ſeyn. Quæritur ergo ex R. V. E. libet an etiam conſultum ſoret, & an uſus ita ferat, manipulos Dominis Conſiſtorialibus cum libello ſupplici ad ἀντοψίαν mittere?

Digitized by Google

mittere? & num etiam hoc facto offendantur? Si dantur exempla, & si suadet R. V. E. ita, ut dixi, faciemus. Sed scio ipsum Nobilem esse pertinacem: nostro enim Magistratui non parebit, nisi Altenburgo habeat aliud diploma.

Tertio rusticus quidam filium habet, plane degenerem: ter, quaterque aufugit: id quod hac etiam æstate factitatum. Jam iterum reversus est. Res est pessimi exempli: quod docet - - - - ingens. Fratrem enim germanum ad simile facinus suo instigavit exemplo; & ni severe cohibeatur, alios secum ad contumaciam, inobedientiam &c. erga parentes alliciet. Quæritur ergo annon dignum hoc sit facinus pœnitentia publica?

Denique dissidium est inter conjuges duos, in pago *Rödichen*, de quo memini me *αὐτοπροσώπως* cum R. V. E. contulisse. Nullum sanum in uxore consilium habuit locum. Jam separatim vivunt, illa servitio aliis suam locavit operam; sed ubi lateat, ignoro. Maritus vero Hilarius Koch Naumburgi servitium itidem præstat aliis. Quæritur similiter, quid mihi faciendum. Ambo ex communitate nostra abierunt: sed uxor hæreditatem nobiscum adiit, quam tamen marito suo invidet. Stabo R. V. E. sententia & consilio.

Addidi Eleemosynas *Heckewaldam* transferendas; unum florinum & duos nummos cum obulo. Literas simul mitto causam Pastoritiam concernentes. Jussus enim R. V. E. certiorem facere de omni negotio. Sed homo nequam, male sibi conscius, noluit causam agere. Dolet mihi vehementer, Dn. Præfectum scortis & meretricibus, & quibusvis infamibus personis favere, patrocinari, & salvum in Præfectura sua concedere conductum. Dixerat nuper scorto cuidam, duos & ni fallor tres enixæ sine certo parente filios, sie sollte nur hingehen, und from werden, er könnte sie wohl leiden. Ita nimirum omnes tandem anguli grege istiusmodi replebuntur. Sed de his & aliis propediem, si vixero, coram plura: Bene ac feliciter in Domino valeat R. V. E. & literis meis benigne ignoscat. Misere enim

tribulor, Mus leiden das mirs in der Fußsohlen wehe thut: Sed Dominus dabit ἔκβασιν. Scribebam *Saleci*, currente calamo: ipso die Lamperti Ao. 1615.

Mitto meum μέγος ἐπιβάλλον viduæ in *Falckenhain*.

R. V. E.
summa animi observantia colens
M. Christophorus Dauderstadius. P.

Viro
Reverendo Clarissimo atque Excellentissimo Dn. Erharto *Lauterbachio* SS. Theol. Doct. præstantissimo, Præsulatusque Naumburg. Cizæ Superintendenti vigilantissimo &c. Dno. Patrono, Fautori ac Compatri meo, parentis mihi loco plurimum reverenterque colendo &c.

Ad p. 82. N. LVII. lin. 5.

Addatur *Theilii* Progr. de Christi Redemtoris nostri descriptione a membris humanis mystica. Görlic. A. 1656.

ibid. lin. 10.

Emisit quoque separatim 3. Hymnos Prudentii cum Not. Görlic. A. 1646.

Extat etiam ipsius Epistola, ad b. Dn. D. *Bertramum* scripta, qua locus Matth. II, 12. cum primis vero usus vocalæ *Oraculi* in Versione Vulgata examinatur, quam hic quoque repetendam existimavimus.

Theodorus Beza pro *oraculo admoniti* maluit vertere, divinitus admoniti. Scribit enim, se vocalem oraculi refugere, veluti Idolorum superstitione contaminatam. Qua de re cum olim per literas consulerem Cl. Dn. M. Johannem Theill, Budissinensium hodie Rectorem Evangelicum, P. L. C. & Philologum non e multis, Adfinem & Compatrem meum honoratissimum, hoc ferebam ab ipso responsi: Quod ad τὸ χρηματισθέν, causa equidem adeo prægnans non est, quam Beza acute sibi injecisse visus est, ORACULI nomenclationem ex Versione latina exterminandam, quod Idolorum superstitione contaminata sit: cum primo illud expresse sit falsum. Vox enim nec Idolo-

 latria

latria contaminata esse, nec ab eadem immunis dici potest, cum neque res sit neque persona, in quæ duo tantum, præprimis in posterius idololatria cadere possit. Taceo, quod verba valeant sicut numi, pro ratione utentis atque capientis, nec difficiles esse de nominibus conveniat, si de re ipsa constiterit. Usurpamus nos vocabula Ethnica, (si modo ita dicenda sunt) veluti Israelitæ vasa aurea & argentea, quæ injustis possessoribus juste abstulerunt. Et considera quæso, (ita enim pergit) annon etiam eadem ratio premat vocem χρηματισμὸς, quam usurpat Paulus, Rom. 11, 4. de responso Dei ad Eliam; verbum χρηματίζομαι, quod idem Ebr. 12, 25. de filio Dei ad Israelitas loquente, c. 11, 7. de Noa credente; c. 8, 5. de Mose, a Deo edocto: Lucas c. 2, 26. de ipso Spiritu S. usurparunt. Quemadmodum enim vocem ORACULUM a Gentibus usurpatam prætendit Beza, sic & novit tanquam ungues digitosque suos, χρηματισμὸν & χρηματίζεσθαι apud Græcos usurpatum. Hæc propterea adpono, ut imbecillem Bezæ tibicinem videas, qui rigidius insultantem & arietantem adversarium sustinere vix possit. Et post pauca: licet & ipse sententiam illam, sive sit Bezæ, sive alterius ambabus amplectar, inductus a loco quodam, Henrici Stephani maxime considerato: Ubi oraculi adpellatione abstinere possumus, abstinendum & ego ea censuerim: alioqui a rebus profanis ad sacras eam, sicut alias plerasque posse nos mutuari dixerim. Hæc Stephanus. Nulla sane nos cogit necessitas illa voce uti, cum aliæ significationes & voces in promtu sint, apud ipsos etiam profanos Græcos, apud Plutarchum nimirum & Polybium, ubi χρηματίζειν non potest pro oraculo admonere, sed pro Nominari, Nuncupari, Adpellari exponi, quod ipsum Lucas olfecit, Act. 11, 26. & Paulus, Rom. 7, 3. Quid si ergo in hoc Matthæi loco χρηματισθέντες reddamus Compellati, Vocati, vel ut Illi habent, Admoniti, fors per Angelum, ut volunt Editores Bibliorum Norimbergensium, & suadere videtur c. 10. Act. v. 22. cum quo confer v. 3. cap. ejusd. v. 30. itidem, & cap. 11. v. 13. χρηματίζειν, inquit Budæus, est etiam adpellare aliquem, h. e. com-

Digitized by Google

pellare & adloqui, agere cum aliquo de negotio & verba facere. Quod confirmat locus Dinarchi: καὶ συμπάντων τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι, κεχρηματικὼς, περὶ ὧν ἐβελήθης, ἐλεεινὸν σεαυτὸν παρασκευάζεις, προδότης ὢν καὶ δωροδόκος. Et sic usurpavit etiam Gregorius: ὅτω γὰρ αὐτὸν ὀνομάζει ὁ Θεὸς Μωϋσῆ χρηματίζων ἐπὶ τῆ ὄρει. Unde factum, ut apud Demosthenem, Diodorum & Plutarchum τὸ χρηματίζειν de Magistratu Politico usurpetur, idemque significet, ac rebus explicandis constituendisque vacare, de summa Reipubl. commentari, Jus dicere, cum populo agere, legationibus responsa dare, consilium agitare, decernere. Lucianus de suo Jove alicubi scribit, τῶν εὐχῶν ἐχρημάτισε, quod est, votis hominum audiendis vacavit, & de iis statuit. Sed audio veterem illam instantiam: Nullam esse sequelam, si has habeat significationes hæc vox, statim & in proposito loco Matthæi habere debere. Respondeo, sequi tamen, habere posse, & ulterius, non necessario adripiendam illam, quam habet Erasmus. Scutum deinde adripimus συναφείας τῶν κομμάτων, ἀναλογίας τῆς πίστεως & ipsius veritatis sive rei. Plura possem convertere, si docendus esses, sed gratificari volo, non docere &c. Hæc laudatus meus Compater; quæ cum jucunda sint, atque erudita, lectori nostro non communicare non potuimus.

Ad pag. 88. No. LXII.

Expetitus quoque Zörbigam fuit Bertramus A. 1638. Acta refert Cl. M. Elteste in der Nachricht von Zörbig p. 206. Nach ihm (nemlich M. Joh. **Dürren**) wurde M. Sixtus *Bertram* Rector zu Naumburg designiret, und hielt im Septemb. gedachten Jahres eine Prob-Predigt in unserer Kirchen. Er fand als ein habiler und qualificirter Mann vollkommenen Applausum, wolte aber die Vocation gleichfalls nicht annehmen, weil man sich wiederum de ratione alimentandi Pastorem nicht vergleichen kunte. ⁊ ⁊ ⁊ Endlich erklärte sich E. E. Rath, nachdem er mit M. **Bertramen** vielfältig correspondiret, Sie wolten sehen, wie sie es machten. Das ⁊ ⁊ muste aber unterbleiben. Denn am 10. Febr.

10. Febr. A. 1639. ereignete sich ein unvermutheter Schwedischer Uberfall, und die Stadt wurde rein ausgeplündert. Die Bürger entwichen und giengen gantzer 10. Wochen in der Irre herum. Dieses alles notificirte der Rath M. **Bertramen**, und bezeigte * * * M. Bertram hatte auch von Naumburg her geschrieben, daß er bey dermahligen Umständen, das Pastorat nicht annehmen könte. * * * Von Dreßden kam ein Rescript: Dafern M. Bertram nochmals dabey verbliebe die Vocation nicht anzunehmen, so solte George **Lincke** Pastor seyn.

Corrigenda itaque est **Bertrams** Lüneburg. Kirchen-Hist. p. 92. in Not.

Ad pag. 93. No. LXVI.

Zaderus etiam in MS. reliquit Lieder-Predigten, ubi tamen latitent, non constat.

Ad pag. 102. N. LXXIII.

Casparus *Eylenbergk* in ludum Portensem venit A. 1630. v. *Schumacheri* Vita Siberi, in frontispicio sub serie Oeconomorum N. 20. *Maderus* in Præf. Antiqq. Brunswic. præfixa symbolam *Eylenbergii* hisce verbis deprædicat: *tum Vir Consultissimus juxta ac integerrimus Casp. Matthæus EYLENBERGK Reverendiss. Numburg. Capituli Syndicus optime meritus. Dat. 1678.*

Congessit etiam *Eylenbergius* Historiam Episcoporum Numburgensium, cujus MS. lucem nondum vidit.

Ad pag. 111. not. 3)

Conf. *Bek.* disquis. Crit. contra Frank. p. 256. ubi sub censuram vocat Biblia Schleusingensia. Etsi Bibliis illis Schleusingens. inquit, laus sua omnino debeatur, melius tamen nostro (salvo interim aliorum meliori) judicio factum fuisset, wenn man, uti verba in præfatione p. 503. habent, sich an den essentialibus der corrigirten Dollmetschung Lutheri keinesweges vergriffen, auch in denjenigen nicht, was allbereit andere hocherleuchte Theologen hin und her angemercket haben. Neque enim invito vel inscio b. Luthero vocabulum Heerde (Ps. XCV, 7.) ab alio h. l. intrusum

Digitized by Google

truſum putamus, ut proinde cum aliis ſphalmatibus expungendum, & alterum illud Hand ſubſtituendum fuerit, ſed ab ipſo b. Interprete adhibitum fuiſſe, vix dubitamus.

Ad pag. 119. N. LXXIX.

Præter ea, quæ jam tetigimus, prodierunt etiam a b. *Laurentio:*

Tr. de Monumentis Svevorum in Doringia, Numburg. 1706. in 4.

- de Monumentis Francorum in Thuringia fictis: v. *Leukfeld.* Antiqq. Halberſtad. p. 9.

p. 120. lin. 23.

Deſideratur in Epitaphio Pentameter ſequens:

Vix oſtenderunt aſpera fata virum.

p. 16. lin. 24.

Langerus quantum in arte poetica valuerit, vel breve illud, quod in ſimulacrum Veneris confecit epigramma edocere poterit:

Carmen ad imaginem Veneris:

Veſtibus ut demptis Venus hic eſt corpore nuda
Pectora habens alba candidiora nive:
Sic amor illorum ſit fœdi criminis expers,
Qui ſacra conjugii jura ſubire volunt.
Mutua cura duos habeat, ſincerus & ardor,
Ut videant longos, & ſine lite, dies.
Sit procul a vero fucatum pectus amore,
Integer eſt quisquis non ſimulanter amat.
Forſitan hoc nudæ Veneris deſignat imago,
Edidit artificis quam tibi docta manus.

v. To. 2. Script. Acad. Witteberg. A. 1556. apud *Hoffman.* Scriptt. Luſat. T. 2. f. 152. Optandum eſſet, ut reliqui omnes iſti Tomi luci publicæ aliquando exponerentur.

Epiſtola

* * *

Epiſtola Matthiæ *Flacii* Illyrici,

ex αυτογραφω.

S. Mitto Acta Coſwicenſia pro quorum deſcriptione & pro charta tres quarras tal. mittes. Mitto & exemplar non bonum meæ epiſtolæ ad collocutores evangelicos quod reſtitues, alias melius accipies, ſi cupieris: Hoc tantum ideo mitto, quia ſcio te angi cura Eccleſiarum Dei, quo tanto ardentius orare poſſis. Obſecro reſtitue omnia quamprimum & literas adpone: clam habeto iſtas ad colloquutores cum recte deſcripſeris etiam aliis communicabis. Bene vale & pro me cum tuis examinatoribus latius ora. Mitto & Mechelb. actionem, pro qua dabis quantum voles. Reſtitue quæſo talia. Saluta Dominum Superintend. Cum domino d - nepio aliquoties de viſitatione ſum loquutus - - - - - - ſemper ne - - quo modo in aliud tempus rejeci. Solus vero non ſum auſus fruſtra. Prolatum optavi iſtud exemplar viſitationis videre, ut tanto melius de tota re cogitarem. Bene in Domino Jeſu vale. 12. Aug. 57.

T.
Illyr.

Mitto tibi epiſtolam &c. donec alias reperero.

** Scatet hæc Epiſtola literis, quas vocant, abbreviatis ſ. contractis. Scripta eſt Jenæ: Eo enim *Flacius* A. 1557. d. 27. Apr. venerat. Concernit colloquium Coſvicenſe, quorſum a *Flacio* quidam emiſſi erant, ut diſſidia cum Melanchtone componerent. Legatos quoque eo miſerat *Jo. Albertus* D. Megapolit. Fruſtra tamen omnia ſunt tentata, v. J. Balth. Ritters Lebens-Beſchreib. Flacii p. 67. 77. *Struv.* Act. Liter. Faſc. 4. p. 53. 75.

Epistola Sethi Calvisii.

S. per Christum. Si commoda valetudine cum tuis uteris, Reverende & Clarissime Compater, gaudeo, ego cum meis, Dei gratia, recte valeo. Superiori hieme scripsi aliquid de erroribus *Calendarii Gregoriani*, id cum Meurerus noster ad typographiam subscribere deberet, nec nomen satis intelligeret, retulit Academicis id scriptum videri contra Imperatorem, qui sequeretur illud Calendarium effecitque, ut mitteretur in aulam. Ego contra me contra Imperatorem scripsisse negabam, alias quicquid contra pontificiam religionem scriberetur, etiam contra Imperatorem esse. Porro Elector id scriptum misit Wittebergensibus examinandum, voluitque sibi censuram mitti adhuc ante festum Paschatos, sed W. unicus tantum - - - - sit apud nos Mathematicus, isque Decani officio fungeretur, occupationibus impedicus, meum scriptum adhuc nondum examinare potuit. Hac de causa etiam fortassis quoad rationem temporis politici non satis intelligit, ut quidam ajunt, ita ego examinor a non satis scientibus, & adhuc inter spem metumque hæreo, quanquam mihi non multum metuo. Scio enim quid scripserim. M. Johannes Sommerus, qui hasce tibi offert, tuus discipulus apud nos fuit vixitque hisce annis ex stipendio Styriensi nostræ scholæ, ejus temporis determinatio cum adfinem tendat de futura conditione sollicitus est, & magnam spem in Te collocat, ideo hoc iter sibi sumsit. Etsi autm scio, te ipsi favere & facturum omnia, quæ ipsius causa poteris, tamen ut magis facias, ego etiam rogo. Ita enim de me meritus est & olim & hodie etiam si ipsius opera uti volo experieris eum ingenuum etiam gratum. De peste, quæ hic grassari dicitur, scias - - - Dei gratia binæ ædes in urbe infectæ fuerunt, quarum altera aperta iterum est, altera vero ita clausa, ut ejus incolæ omnes sint in publico nosocomio. Ante portam tamen & australem & orientalem in aliquot ædibus vagatur. Deus porro nobis adsit pestemque clementer avertat, nec dissipari & Academiam & gregem

Digitized by Google

gregem noſtrum ſcholaſticum patiatur. Vale quam optime. die 13. Jun. A. 1607. Lipſiæ.

T. R. D.
Sethus Calviſius.

Reverendo Ampliſſimo & Clar. Viro D. Erhardo *Lauterbachio*, SS. Th. D. & Epiſcopatus Zizenſ. Superint. fautori & compatri ſuo reverenter colendo.

Epiſtola Wolffgangi Franzii.

P. P.

Reverende & Clariſſime Dn. S. amice plurimum honorande, Aliquoties interfui congreſſibus, quando agitatum fuit negotium Georgii *Praſſen* civis & ſartoris Witebergenſis, contra Reverendum Dn. M. Georgium St - , notum & amicum meum, ante annos ſatis multos. Denuo impetraſſet ab academia ſartor litteras intercefſorias, licet non ſine ſumtu: quia enim hoc tempore multa conferre in publicum coguntur ſubditi, nos etiam ipſis auxiliatricem manum intercedendo præbere cogimur: ego vero conſultum judicavi, ut citra ſumtus haſce meas ad R. D. V. mitterem. Venit autem interea huc quidam, qui teſtatus eſt, apud Rectorem hodiernum academiæ, quod Reverendus Dn. M. St. adhuc debeat τῷ Praſſio. REctor, M. Reinholdus *Franckenberger*, manu ſua confirmavit teſtimonium, quod in hac cauſſa, coram ipſo iſto REctore perhibuit. Salutem igitur & omnem benedictionem a Deo precor Reverendo Domino M. St. qui hanc meam manum non ignorabit. Et auctor atque ſuaſor ipſi ſum, pro mea erga ipſum benevolentia, ut teſtimonium ſub AA expendat, & - - - - - quovis modo tranſigat cum ſartore. Etenim nunquam quieſcet ſartor, cui non eſt ignotum, ſero etiam talia debita exigi ſolere a ſtudioſis olim hic verſatis. V. R. D. etiam oro diligenter, ut Reverendo Domino M. St. hoc epiſtolium meum communicet, &, ſi mecum conſenſerit, itidem hoc ſubjiciat, ut qualicunque

modo sartori ita satisfaciat, ne amplius toties turbare academiam opus habeat. Melior interdum est iniqua pax, quam justum bellum. Ignoscat autem R. D. V. meæ huic compellationi. Dominus noster Jesus Christus sit cum Spiritu vestro, & ex alto benedicat sanctis laboribus vestris. Amen. Witebergæ, in æquinoctio autumnali, anno Christi 1620.

R. D. V.

studiosiss.

Wolfg. *Franzius*, Th. D.

REV. etiam Dominus M. St. non nisi ex bona mente profectum hoc meum consilium interpretabitur.

Epistola G. Cundisii.

Salutem, gratiam & pacem a principe pacis, Jesu Christo, a me vero preces atque officia!

Plurimum Reverende, Amplissime, Excellentissime, atque Clarissime Domine Doctor, Superintendens eminentissime, Domine Fautor, Patrone, ac Pater in Christo dilecte, & observanter colende, Pro exhibito *actu inaugurali* Vestræ Excellentiæ ingentes habeo referoque gratias, relaturus reapse quamprimum, Deo annuente, melior fortunæ aura adspiraverit. Si (quod meo loco maxime urgebo) hæc meletemata lectu dignissima lucem adspicient (quod tamen ante tempus messis fieri vix poterit) Vestra admodum Reverenda Amplitudo petita exemplaria forte cum auctuario statim accipiet. Votum annexum (quod Deus exaudiat) in ipsius sinum refundo eidem Aquilinæ senectæ vigorem diuturnum, nec non hic Spiritus Sancti gratiam copiosam, illic vero pondus gloriæ æternæ precatus. Cæterum si Vestra Excellentia mihi novitio Theologo vellet ignoscere, bono animo hæc monerem: in Concionis istius exordio speciali inter alia de Dn. D. *Fuhrmanno* p. m. hæc leguntur verba (weil er) guten Willen zum Superintendenten / Anpte hieher brachte, quæ etsi veritati prorsus sunt consentanea, tamen a mundo, qui nos odit, eo detorqueri possent, quasi ex parte mei argumentum a

contra-

contrario ſenſu in ſe continerent. Forte enim V. Excellentiæ ignotum eſt, quod inſtinctu, neſcio cujus, qui ob ſummum quendam Patronum meum mihi parum favere dicitur, initio meam ſucceſſionem in locum Dn. D. *Fuhrmanni* τῆ ἐν ἁγίοις Capitulum noſtrum deprecari non dubitavit, prætendens, me nondum audito, vocem meam (fortaſſis quia Stentorea non eſt) templo Cathedrali minus ſufficere: (cauſa vera erat, quod ille ὁ ἀντικείμενος aliam quandam perſonam antea per litteras privatas Dominis Canonicis commendaverat.) Ego quidem hac de re certior redditus, maluiſſem cuivis alteri cedere, ſed Sereniſſimus noſter clementiſſimum ſuum mandatum mutare noluit: Unde Deo Opt. Max. ac Electori Sax. vocantibus obtemperare volui, debui. Poſtea hic nemo, niſi ſurdaſter, in æde noſtra cathedrali me non audivit: & faſſi ſunt Domini Canonici apud alios, me longe aliter ſibi deſcriptum fuiſſe, nihil omnino in concionibus meis deſiderari. Ne quis ergo camarinam illam moveat, optarem, ut pace Veſtræ Excellentiæ prædicta verba omitti poſſent. In oratione Latina hoc reperitur membrum comparationis: *Collegia Concionatoria uterque habuit, iisque præfuit;* ubi conſiteor, me nullum inſtituiſſe uſquam Collegium Concionatorium, quanquam Lipſiæ Collegia Oratoria habui. Si placeret, vellem ego ſcribere: Collegia Oratoria, aut prorſus hæc verba delere. Quæſo, ſignificet mihi Veſtra Excellentia, utrum ipſi hac in parte arrideat. Si vult reſpondere, ſaltem litteras mittat Lipſiam in ædes ſocrus meæ, Dn. Pauli Frobergii p. m. viduæ relictæ, habitantis in vico arcis (Auf der Burg-Straſſe) Nuntium pacis, quod & nos per rumuſculos accepimus, etiam me judice adhuc valde incertum eſt. Dn. Archimagirus Electoris actis pro deſcriptione medicamenti gratiis, una cum Conjuge, & filio natu maximo, ſuo ſucceſſore futuro, Veſtræ plurimum Reverendæ Excellentiæ reciprocam ſalutem propinat. Denique ſciat ipſa, me quoad exercitia diſputatoria, quorum nuper in inaugurali convivio mentionem feci, velle promiſſis ſtare. Exhibebo autem Reverendo Miniſterio hujus

Digitized by Google

inſpectionis hac æſtate 4. diſputationes, juxta ſeriem articulorum libelli viſitatorii. Prima de cœna Domini jam Lipſiæ ſub prælo eſt, quæ ad diem 4. Junii σὺν Θεῷ in templo noſtro Cathedrali habebitur, cujus copiam quando erit a Typographo abſoluta, Veſtræ Excellentiæ faciam, vel certe eidem ſuo tempore cum reliquis mittam. Optime in Domino Jeſu vale, Theologe Celeberrime, meque Paterno amore proſequi non deſine. Martisburgi d. 27. Maji Anno 1638.

Veſtræ admodum Rev. Amplitud.
& Excellentiæ

obſervantiſſimus
G. *Cundiſius* D. S. Mpp.

P. S.

Tabellario 12. groſſis lubens ſatisfeci de meo: nam ærarium publicum penes me plane nullum eſt.

* Epiſtolæ huic lucem poteſt accendere Dn. D. *Zeibichii* Hiſtoriſche Lebens-Beſchreibung derer Stiffts-Superintendenten zu Merſeburg. Concernit enim b. Erhardi *Lauterbachii* (ad quem data eſt) concionem in ſolenni Introductione b. *Cundiſii* habitam (Inveſtitur-Predigt) de qua apud *Zeibich.* p. 182. Anteceſſorem *Cundiſii* (de quo p. 178.) uxorem a *Cundiſio* ductam, de qua p. 197.

Epiſtola M. Chriſtiani Chemnitii.

Salutem & liberationem per Chriſtum ab omni malo!

Nactus occaſionem ſcribendi, VIR plurimum Reverende, Ampliſſime & Excellentiſſime, Dn. PARENS in CHRISTO Honoratiſſime, non potui facere, quin etiam ad nocturnas lucernas,

cernas, meam in Tuam plurimum Reverendam Excellentiam, amoris obſervantiam declararem. Primum autem mearum literarum caput eſſet, ſolatia dicere, propter uxorem, matronam pietate & omnibus virtutibus ornatam, a latere Tuæ plurimum Reverendæ Excellentiæ, divulſam & evoçatam: ni ſcirem penitus & comprobatum haberem, eam eſſe Amplitudinis Tuæ fidei conſtantiam, ut non magis metuat humanæ vitæ lubricitatem, quam mare nimbum, aut baculum armatus miles. Quomodo enim immodice turbatum crederem tam Reverendum Senem, quem toties audivi Cizæ e Cathedra, Verbo Domini, dicentem; *non hominem mori, ſed hominis miſeriam:* Et neminem tam facile, ſuſcitare de lecto, quam Chriſtum e ſepulchro, ut ſermone 44. de V. D. loquitur Auguſtinus. Condoleo tamen ex animo, laborioſæ ſolitudini, quam utique una cum ſenectutis gravaminibus, dulciſſima conjux depuliſſet atque leniiſſet. Quod tamen damnum, ut abundanti conſolatione reſarciat Dominus & majori fidei lætitia; ex animo precor. Cæterum de publicis, ut nunc dicam, verentur apud nos omnes, ne vicinis noſtris in Electoratu, lateres duplicentur, præſertim in tanta nobis communi, annonæ vilitate, ut etiam ſæpe quatuor oppida frequentent agricolæ, nec tamen frumenti modium queant divendere. Tanta igitur ubique eſt nummorum penuria, ut integro ſeculo par non credatur fuiſſe. Providerit tamen tandem Divinitas. Me quod concernit, ſunt utique cauſæ plurimæ cur Deo gratias agam, maximas. Vivo enim, DEo ſit laus, ſanus adhuc, tranquillus, & Auditoribus per DEi gratiam, charus & gratus. Experimur tamen etiam apud nos commune illud malum, quod eſt deficiens ſalarium, dum bellicæ exactiones ita cutem ubique detraxerunt, ut non ſit reliquum, niſi oſſa frangenda. Speratur tamen remedium pax, pro qua impetranda ante ſex ſeptimanas & nos in noſtro Ducatu publice orare cœpimus. Sed abrumpo; commendans Reverendam Tuam canitiem, Venerande PARENS, SSTæ TRINITATI, & ex animo precatus, ut

poſt

post superatas vitæ molestias in futura vita desideratissimi conjungamur. Dab. Vinariæ, 1645. 24. Septembr.

Vestræ plurimum Reverendæ Excellentiæ &
Amplitudinis,

Filius, & Frater in CHRISTO
M. Christianus *Chemnitius*, Archi Diaconus.

** Christianus hic *Chemnitius*, Martini *Chemnitii* ex fratre Ambrosio nepos fuit. v. Rethmaier. Braunschw. Kirch. Hist. P. 3. in Beylagen. p. 446. Numburgenses præficere eum voluerunt scholæ oppidanæ: A. 1643. vero a Senatu Vinariensi ad Diaconatum, biennio post ad Archidiaconatum vocatus, A. 1652. doctorales honores Jenæ adeptus est. Successit tandem A. 1654. D. Jo. *Majori* Past. & Sup. Jenensi † 1666. d. 3. Jun. v. *Zeumer*. Vit. Theol. Jen. p. 181.

Epistola Simonis Gedicci.

Salutem ab IMMANVELE, Reverende, Clarissime & Excellentissime Vir, Dn. Doctor amice ac frater in Christo honorande & dilecte. Nullum ego patrimonium liberis meis amplius & opulentius relinquere me posse sentio, quam virtutis & doctrinæ possessionem, & Virorum optimorum ac præstantissimorum benevolentiam. Inter quos, cum te præcipue DEVS mihi & meis γνήσιον amicum, fratrem & patronum dederit, toto pectore ipsius benignitati gratias ago, eumque ardentibus votis precor, ut tibi ac tuis vicissim benefaciat, vobisque omnia bona vestris animabus & corporibus salutaria cumulate tribuat.

Porro mitto nunc Tibi octo exemplaria, typis informata, *Actus Investituræ meæ Martisburgicæ*, in qua omnia pulcherrime administrasti, meque præclaro laudis eximiæ encomio ornasti. Igitur tibi devinctus manebo, quamdiu vixero, tibique constabunt studia & officia mea omnia perpetuo, prompta & expe-

Digitized by Google

expedita. Bene & feliciter æternum vale. Celerrime, Martisburgi 18. Junii A. Ch. 1617. Vester

Simon *Gediccus* D.

* v. *Zeibich.* Merſeb. Stiffts-Superint. p. 163.

Epiſtola Salomonis GESNERI.

S. P.

Quod ad litteras Tuas pie & amanter ſcriptas, mi Humaniſſime & Doctiſſime Domine Magiſter Lauterbachi, Sympatriota chariſſime, hactenus non reſpondi, cauſa non eſt alia, quam quod varia ſubinde negotia animum & calamum alio distraxerunt. Vehementer autem tua ſinceritate in ὀρθοδοξίᾳ aſſerenda delector, Deumque oro, ut hoc egregium ſuæ bonitatis opus in te in dies magis magisque adaugeat & confirmet. Quemadmodum etiam non absque ſingulari voluptate intelligo, te in aſſerenda Ariſtotelis ἀκριβείᾳ & Ciceronis elegantia operam egregie collocare. Haud labor in Domino veſter inanis erit. Ita nimirum Chriſto cœli plantantur, & pueri in ulnis asportantur, roburque ex ore infantium & lactentium Domino paratur, ad deſtruendam vim inimici & ultoris. In conficienda συνόψει libelli *Chemniciani de duabus Chriſti naturis* ut progrediaris, etiam atque etiam rogo, confectamque huc mittas. Imo velim, te ſimiles συλλογὰς ex altero ejus libello *de fundamentis Euchariſtiæ* colligere. Profuturum eum laborem multis non dubito, etſi non deſunt, qui nomen doctrinamque *Chemnitii* æterno ſilentio ſepultum omnibus votis exoptant. Nec eſt, quod hoc in curſu Rev. D.D. *Crameri* pollicitatio te moretur. Fortaſſe ille ſuæ functionis laboribus impeditus iſtam cogitationem jam ſepoſuit. *Rennecherus* homo levis eſt armaturæ, ſtolidus, & blaſphemus, cujus nugaciſſimas chartas legiſſe easdem pio animo eſt refutaſſe. Non ſuaſerim proinde, te cum impuro hoc - vel potius - manus conferere: indignus eſt tua pietate & doctrina, quam te in aliis eccleſiæ Dei magis profutu-

ris collocare multo est utilius, multoque coram Deo laudabilius. Quod enim Paulus ait: τὰ κρυφῆ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν, id ego plane in protervos & impudentes adversarios competere existimo, quorum quædam sceleratæ & horrendæ blasphemiæ melius contemnerentur & ad æternæ oblivionis tenebras relegarentur, quam operosis refutationibus in apricum protraherentur. Sed hoc ipsum tibi religiose expendendum relinquo.

Cæterum, mi charissime Domine Sympatriota, exiguum quoddam est πραγμάτιον, in quo tua vel tui famuli saltem opera mihi uti quæso liceat. Nostri procul dubio, nostros Boleslavienses in diversorio zur güldenen Eyle hospitio uti: eos proinde, vel etiam Gryphenbergenses, qui ibidem, vel certe in eadem vicinia divertunt, interrogari velim, an aliquid literarum ad me habeant, vel etiam aliarum rerum. Ac quicquid istud erit, ut absque mora per certos homines ad me mittatur, etiam atque etiam oro. Ego tibi vicissim meam operam loco, dedico.

Reverendum Clarissimumque Virum D. D. *Beckerum*, nec non Magnificum D. D. *Dresserum*, & M. *Schmuckium* ex me officiose & amanter salutari suæque de litterario colloquio factæ promissionis benevole & cupide admoneri velim. Scripsissem dudum, nisi prioris alloquii illis potius cedere, quam præripere veræ amicitiæ esse existimassem. Quod si videre me ὑπερσοφώτερον, quam ἀντιπερσοφώτερον esse debere, non ægre tulerint, meam θρασύτητα, vel θαῤῥαλεότητα. Sed bene in Christo cum omnibus vale. Dedi penultima anni 1599. Witeb.

Hum. T. studiosiss.

Salomon *Gesnerus*. D.

Epistola Christophori Schleupneri.

Salutem per Christum, nec non pacem & gaudium in Spiritu Sancto.

Valde me exhilararunt R. T. D. literæ. Singularis in me

me benevolentiæ, & acceſſionis amicorum indices. Dudum hoc ipſum deſideravi quidem, quod ultro mihi bono cum Deo contingit: nolui tamen ſine urgenti cauſſa in veſtri alloquium aſſurgere. Promitto autem R. T. E. pro ſtabilimento noſtræ amicitiæ & conjunctionis, devotas preces, ſincerum amorem, debitum honorem, & paratiſſima ſtudia pro virili. Familiaritas certe inter B. noſtrum D. *Schmuckium* & me, etiam ſera erat, ſed & ſeria & ferventiſſima: quod etiam de noſtra conjunctione futurum ſpero.

Officiolum, quod Dn. Matthæo *Rhoſtio*, Collegæ R. T. E. præſtiti, admodum exile eſt, & cum operoſa veſtra gratiarum actione nullatenus comparandum. Utinam in majoribus, veſtris poſſem inſervire commodis!

Status meus & meorum his periculis non caret, ob controverſias noſtris cœnobiis, ex quibus alimur, motas. Et dudum dolui, tantam rem in aulis tam negligenter agi. Et in teſtimonium vocare poſſum totam hujus regionis eccleſiam, calidis meis monitionibus locum non eſſe datum. Inſtar maximi beneficii mihi eſſet, ſi Deus annos D. D. *Polycarpi*, Præceptoris mei Venerandi, in hæc noſtra tempora extendiſſet. Ejus enim conſilia moderata erant, & Reipublicæ Chriſtianæ proficua. Sed ad quid hæc?

Quod reſtat, oro R. T. E. ut in ſalutando Magnifico, omnique Reverentia digniſſimo viro, Dn. Johanne Erneſto *Luthero*, quem apud Affinem meum Dn. Johannem *Röberum* (Kölerum) in contubernio Dn. Philippi vidi, haud gravatim vicarium agat. Ach ich gedencke der alten Zeit, der vorigen Jahre! Mein Geiſt muß forſchen. Vale Vir R. & certo ſtatue, me eſſe

Dab. Curiæ
2. Julii An. 29.

T. R. E. obſervantem
& ſtudioſiſſimum:
Chriſtoph. *Schleupner* D.

Epistola D. Joh. Hulsemanni.

Ut annus iste recens in orbitam versus, Annos aquilinos vigoremque ac robur aquilinum ætati Tuæ adjiciat, speratisque pacis fructibus Tuos etiam canos beet, antequam illi oculis nostris subducantur; hoc præcipue & impense Deum veneror. Accedit ad hoc pietatis officium, quod venerando nomini tuo cæteroquin debebam, officium humanitatis, a Vestrate M. Joh. *Teubero*. Exhibuit is mihi litteras a Cancellario Vestrate scriptas, sponsorias officii sive muneris Conrectoratus in Schola Vestra, sub conditione mittendarum a quopiam Theologo hujate systaticarum: Quas a me potius, quam ab alio se petere posse existimavit, eo, quod sub inspectione mea in Nicolaitano nostro ludo hactenus militaverit. Suane commoda aucturus sit per hanc mutationem, non inquiro: Cæterum hic muneri suo ita functus, nihil ut deprehensum fuerit in eo labis. Quocirca dignus est, quem patria habeat benignius, ac nostra penuria potuit.

Osnabrugi hærent Romanenses in expositione finalis sententiæ suæ, ad Protestantium statuum Replicam, novellis cavillationibus rerum transactarum oppositam. Uti video ex collatione instrumenti pacis sub discessum *Trautmansdorfii* typis excusam. Exceptionem postea a Romanensibus interpositam, & Replicæ Protestantium; cesserunt hi in 30. & pluribus punctis a re jam transacta. Sveci urgent tanquam summas Græciæ fortunas, seloniæ præmium id est fati-factionem Hassiacam.

Hisce diebus misit ad me Dn. D. *Rothmalerus* Superint. Rudolstatinus Dissertationem in synodo Pastorum propositam, de necessitate Bonorum operum, ad salutem obtinendam. Quam erudite ac solide confutavit, recensitis ordine cavillationibus ab *Hornejo* propositis. Ita palmas nobis præripiunt, quibus in pascendis suis ovibus abunde satis negotii erat. Nec assequi

possum,

possim, quid causæ moveat Ducales Saxonicos, ut Jenensibus Theologis silentium imposuerint de hac controversia. Etiam Dn. D. Joh. *Major* Senior, legendas mihi exhibuit prælectiones suas in Pandoram illam Helmestadianam: sed quidam Collega ejus, e vestigio per litteras rogabat, Dehortarer bonum senem a publicatione istius scripti polemici, quum illustrissimos principes propositum illud haut dubie ad indignationem sit provocaturum. Si fraudi nobis aut invidiæ futurum est, tueri limites a Majoribus nostris tanto labore positos, &, quod præcipuum, imo unicum & omne punctum facit, Apostolicæ doctrinæ puritatem a fermento pseudo-Apostolico vindicare; nescio, qualem Dei cultum, quam religionem posteris suis relinquere velint ii, qui homines heri & nudius tertius natos impune grassari sinunt, in pomœria & pascua salutis suæ, quum nec lepores nec aprum venari aliis permittant in territoriis suis. Refelli idem argumentum in Cap. XII. Breviarii, quod adhuc sub prælo est. Te autem Venerande Senex, majorem in modum rogo, ut excubes, quod strenue facis, pro impetranda a Deo tranquillitate publica non minus Ecclesiarum quam Rerump. communis Patriæ nostræ. Quotidianarum precum sacrificiis longævitatem ac felicitatem Tuam viciſſim apud Deum postulabimus. Atque ego quidem . . . . . .

studio omni officioque
Lipsiæ d. 25. Jan. 1648. T. pl. R. D. addictissimus

Joh. *Hülsemannus*. D.

Epistola Joh. Rosini.

Gratiam & Pacem a Deo Patre, per Dominum nostrum Jesum Christum Immanuelem. Litteras R. D. T. recte accepi, & cum voluptate perlegi, siquidem mihi multiplicem occasio-

Digitized by Google

nem præbuerunt, agendi IPSI gratias: primum, pro tam prolixa & benevola precatione felicis decursus hujus, quem modo inivimus, novi anni: faciat DEVS Clementissimus, quod bonum visum fuerit in oculis ipsius: Deinde, quod R. D. T. moram istam nostram in transmittendis *concionibus* & excusaverit ultro, & adhuc perbenigne polliceatur, decenter esse excusaturam: Clementissimus DEVS Eidem vicissim benefaciat pro hoc & aliis beneficiis. Jam mitto *tertiam concionem*, perbrevem & simplicissimam: Non enim aliter patiebatur auditorum ratio: & sane (in hac etiam concione non omnia, hoc quidem tempore, publice) dixi, quæ in chartam conjeci. Peto autem majorem in modum, a R. D. T., ne & hanc moram ægre ferat, & quod nuper mulctæ fecerim mentionem; quod me pœnæ pœnituit. Et quomodo R. D. T. ipse statim excusavi; Ita excusatum quoque habeo Amplissimum Dn. Cancellarium. Nam alia manu id erat litteris Reverendi Consistorii adscriptum. Quidquid sit, ego volens tardior non fui. Quod injecit R. D. T. in nuperis suis, de publicanda secunda a) concione: ego eam tanti non æstimo, quæ in publicum prodeat; nisi ubi verbum Dei habet. Secundum mandatum misi eam, sicut & alteras, ad R. D. T. & sufficit mihi, si ex illis cognoscatur, Serenissi. Dn. Elect. nostri & Rev. Consist. Vestri mandato me libenter parere voluisse, & quantum in me fuit, satisfacere.

Ætatis R. D. T. in litteris mentio, revocat mihi in memoriam sermonem quendam Nob. & Ampl. quondam Viri Dn. Jac. b) *Bongarsii*, Galli, Henrici IV. Regis Galliæ Consiliarii & Legati, qui, cum me ante annos aliquot, in diversorium publicum ad prandium invitasset, deque ætate mea quæsivisset, egoque ipsi respondissem, me non procul abesse a sexagesimo ætatis anno; Ille me intuens, *velim atque optarim, te adhuc alios sexaginta annos vivere*, dicebat: Sic ego R. D. T. precor,

Digitized by Google

cor, & opto ex animo, ut numerus annorum ipsius adhuc duplicetur.

Nuper ad me Norimberga transmissa est tabula, in ære incisa, & inde expressa, in memoriam festi, & *anni Jubilæi Evangelici*. In hac expressæ imagines Lutheri & Philippi, ad mensam sedentium, in quo scriptum majoribus characteribus: VERBVM DOMINI MANET IN ÆTERNVM. Post quem librum existit in altum erecta imago CHRISTI crucifixi; super ea imago Spiritus Sancti specie columbæ; in summitate nomen Jehova Hebraicis litteris scriptum, personam æterni Patris denotans. Prope Lutherum ad dextram tabulæ, est imago Friderici Sapientis, Electoris stantis, habitu ipsi familiari & usitato, cujus ensis Electoralis in mensa depositus: In altera tabulæ extremitate sinistram versus prope Philippum, imago nostri Sereniſſimi Dn. Electoris, habitu Electorali, gestantis in dextra ensem Electoralem, mucrone in altum erecto. Utriusque Principis Electoris imagini adscripta sunt Symbola eorum: Friderici quidem: TANTVM, QVANTVM POSSVM: Nostri autem Seren. Electoris: SCOPVS VITÆ MEÆ CHRISTVS. Titulus sive inscriptio tabulæ est: *Christo Soteri, veritatis vindici, lucis Evangelicæ Restauratori, tenebrarum depulsori: Evergetæ suo optimo, Ter-Maximo, Ecclesia per Germanias restaurata laudes perennes grata exsolvit, & posteris hoc beneficium exoptat perpetuum.* Anno Sæculari clɔ Iɔ C XVII. Infra mensam e tabula continens rithmos Germanicos, celebrantes hoc Dei beneficium summum. Subscriptum majoribus characteribus: *Tibi Cherubin, & Seraphin inceſſabili voce proclamant. Ita Jubilate animis gratis. Jubilate Deo.* Subjectum denique hoc tetrastichon:

ISLEBII natus, superis quoque redditus oris,
Convellis tumidi regna, LVTHERE, Papæ.

Postera

Postera si sancti bene dogma secuta fuisset
Turba Ducis, jam nil fraus tua, Roma, foret.

Ad extremitates hujus tetrastichi sunt typi, ceu nummorum: in uno ad dextram expressus olor natans in aqua, & scriptum in circumferentia nummi: *Olor invictus virtute divina:* in altero ad sinistram, mensa expressa, cui impositus liber apertus, cum iisdem verbis, quibus superior: *Verbum Domini manet in æternum:* candelabrum item cum lichno ardenti: infra mensam modius: in circumferentia adscriptum: *Jam lucet omnibus, modio remoto,* &c. Hæc nunc R. D. T. exponere volui, si fortasse memoratum non vidit typum: Eamque majorem in modum rogo, ut meæ tarditati in transmittenda tertia concione, & loquacitati in hisce litteris ignoscere, & me, meamque conjugem in hac nostra ingravescente ætate (ingressus enim sum annum ætatis sexagesimum septimum, natus anno MDLI. die Joachimi, qui tum fuit XV. Decembris, suscipiente me ex Baptismo, honesto ac prudenti viro, Joanne *Cotta*, Consule Isenacensi, agnato sive cognato ejus honestæ matronæ, apud quam vixit *Lutherus*, scholam Isenacensem puer frequentans: Conjunx autem mea agit annum sexagesimum octavum, nata Vinariæ anno MDL. die Mercurii post festum diem Bartholomæi Apostoli) & parvum nepotem, eumque unicum, si piis suis ad DEVM precibus commendatum habeat: Quam ego vicissim cum honestissima conjuge & familia clementi tutelæ, protectioni, ac gubernationi DEI Optimi Maximi etiam atque etiam diligenter commendo. Datæ Naumburgi a. d. IV. Kalendas Februarii, anno a nato Christo Salvatore ∞ Iɔc XIIX.

R. D. T. omni studio, pietate, & observantia colens
Joannes Rosinus, Ecclesiastes in templo cathedrali ejus loci.

a) Scripta

a) Scripta a Rosino edita recensui P. 1. p. 72. quibus addi queunt, quæ hic allegantur conciones, quanquam a me nec visæ nec lectæ. Eadem pagina mentionem feci Magnif. & Ill. *Cracovii*, Decani Numb. Heic vero moneo, hunc ipsum *Chronici Turcici* copiam *Rosino* feciſſe. Exemplar quoddam hujus libri parenti ſuo dedicavit, cujus dedicationis verba ita ſonant:

Reverendo viro, pietate, eruditione & conſtanti veritatis confeſſione præſtantiſſimo virtutibusque ornatiſſimo, Domino Magiſtro Bartholomæo Roſino, Eccleſiæ Dei, quæ eſt Ratisbonæ, Paſtori & Superintendenti, Patri ſuo optime merito & chariſſimo, hoc ſuæ erga ipſum pietatis & obſervantiæ monumentum ponit, librumque hunc LIBENS MERITO DONAT DEDICAT obſequentiſſimus filius Johannes Roſinus, Pro-Rector ſcholæ Ratisbonenſis, Calendis Januarii ineuntis anni a nato Chriſto Salvatore M. D. XVIC. *quem eidem fauſtum felicemque precatur.*

ANTIQVITATES ipſius ROMANAS plagii nonnulli inſimularunt. Commendat tamen easdem his verbis Ill. B. de LYNCKER Inſtruct. Forenſ. l. 2. memb 1. Sect. 1. p. 1. c. 1.

Compendium Antiquitatum Rom. edidit Phil. Caroli, ut & Jo. Cunrad Dieterich, Kippingius, Jo. Thyſius; ſed præcellit Joannes Roſinus rerum amplitudine & auctoritate cum notis Th. Dempſteri a Murerk J. C. Scot. Amſt. 1583 Baſil. in 4. Hinc operæ pretium duxit M. Frid. Hildebrand, ſchola Nortbuſ. Con-Rector, Antiquitates has in Compendium contractas bono juventutis dare.

Hiſtoriam trium Saxon. Ducum allegat Seckendorff. l. 2. Hiſt. Luther. Sect. 6. f. 33. a. his verbis: *Incidit hunc in annum 1525. - - mors FRIDERICI Electoris Saxoniæ. Obiit enim in arce ſua Lochavienſi, ex obſtructione veſicæ d. 5. Maji, qui erat Veneris poſt Dom. Miſer. Dom. circa horam 5. poſt meridiem, ætatis anno* LXIII. *- - - - Nota ſunt, nec ſpernenda, quæ de eo dudum edidit Vir non vulgariter doctus JOHANNES ROSINVS. Sed ampliſſimæ hiſtoriæ materiam ſuppeditat ARCHIVVM VINARIENSE, ex quo ſuppleri poſſent & deberent quæ GEORGIVS SPALATINVS commentatus eſt.*

b) Commercium literarium *Roſino* interceſſit cum viris clariſſimis J. G. Bar. ab *Huſſenſtein*, Gebhardo a *Meyendorff*, Matthia Bergio,

scholæ Catharinianæ apud Brunswicenses Rectore, G. *Waltero*, Reipubl. Vinar. Synd. M. Jo. *Wolffio*, Schol. Ratisb. Rect. præ cæteris vero cum Jac. *Bongarsio* Reg. Gall. Consiliario & apud Dan. Regem Legato. En! Epistolam ipsius ad *Rosinum*:

*JOHANNI ROSINO. Argentinæ accepi, quas ipsis Cal. ad me dedisti. Iis respondeo raptim & distractus varie. Quæ ad te misi, misi, ut tibi habeas, non ut remittas. Notitia illa non est ullius libri judex, namque similem habuit SCHONHOVIVS, nisi fallor, & ONVPHRIVS, sed nostra plenior quibusdam locis. De conjuratione scelerata & prodigiosa in Regem, *) vere ad vos perlatum est: de ea vero certiora ad te mittam brevi, tu interim NOS JVVA PRECIBVS TVIS. Francofurti. 5. Aug. 1602.*

v. *Bongars.* & G. M. *Lingelshem.* Epp. Ed. Argent. 1660. in 12. p. 78.

*) Innuit Henricum IV. R. G. v. *Thuan.* l. 72.

Bongarsius in Daniam aliquando huc transiens, atque ad *Rosinum* invisens Bibliothecam ipsius optime instructam perlustravit, cumque edenda aliqua urgeret, *Rosinus* vero cunctaretur, ille in hæc tandem erupit: *qualem quæsivi, talem non inveni.*

De Sponsa *Bongarsii* Argentorati ipsa, quæ nuptiarum solennibus destinata fuerat, hora subito extincta. v. *Casaub.* Epist. 128. f. 146.

Insignia ROSINORVM exhibent Pegasum. Symbolum fuit: *In spinis rosa, in fletu solatium.*

Epistola D. Joh. Försteri.

Ἐυχαίρειν ἐν τῷ κυρίῳ πάντοτε.

Pergratæ mihi fuerunt tuæ litteræ una ex parte: ex altera vero admodum ingratæ. Pergratæ propter significationes amoris tui, quas mihi dedisti satis luculentas; pergratæ propter salutes, quas mihi amici apprecantur; pergratæ propter felicia successoris mei auspicia, & alia. Ingratæ autem propter Vestri τῆ προεστότος impietatem; ingratæ ob - - - - Hic propter rumores bellicos novi est nihil. Fama est, Electorem Serenissimum velle in urbem nostram milites præsidiarios collocare. Quod si fit;

fit; quid expectandum nobis aliud; quam omnium rerum ad victum cultumque corporis pertinentium caritas, Cœtusque Academici subita dissipatio? sed prohibeat istud summe misericors DEUS, & potius dissipet gentes, quæ bella volunt.

Mitto quædam Theſeων exemplaria, quibus inscripta sunt, singulatim distribuendas. Legat T. R. Ex. eas, & quia ejusdem judicio plurimum tribuo, fraterne peto, ut submoneas, an methodus satis videatur concinna. Eadem enim methodo reliquos articulos fidei nostræ controversos pertractare constitui, sed multo brevius, interque privatos parietes, rogatu studiosorum SS. Theologiæ. Tuo nomine salute impertii hodierno die, cum simul egrederemur templo, Dominum D. *Balduinum*, Virum certe optimum, doctissimum, & tanto, quo fungitur munere, longe dignissimum. Fuit illa huic perquam grata & jucunda, & a me petiit, ut ipsius loco R. T. E. vicissim fausta & auspicata quæque apprecari velim. Meo autem nomine ut iterum officiose salutes omnes nostros amicos, obnixe rogo. Tuam Catharinam cum Filia utraque mea quoque Barbara optime Tecum valere jubet, simulque diutissime. Dabam perpropere 29. Maji Anno 605. Witebergæ

T. E.

ἑλοκλήεως

Joh. *Förſterus*, SS. Th. D. & Prof. ibidem.

Epiſtola M. Joh. Rhenii.

Pacem & multa anni prospera fata novi!

Pro magna erga me immerentem liberalitate magnus adhuc sum debitor Tuæ Rev. Amplitudinis. Ut itaque memoriam saltem grati animi qualemcunque ostendam, ecce jam iterum T. D. triviali quodam libello, qui propter incommoditatem mercatus nostri ab opificibus insui & compingi non potuit,

gravatum forte magis, quam ornatum eo. Rogo autem, ut T. A. meam importunitatem mihi ignoſcere velit, & præfationem tantum, vel, quod idem eſt, unam ex iſtis meis *defenſionibus* a principio usque ad finem perlegere, ne gravetur. Fortaſſis & T. A. ſua autoritate & gratia apud Dominos Conſiſtoriales per occaſionem bonæ huic cauſæ bonorum & conſcientia præditorum virorum patrocinium impetrare ſtudebit. Ego feci quod meum eſt, ſi alii ſuum officium prætermittunt, excuſatus ſum coram Deo & hominibus. Viſitationes interdum inſtituuntur magnis ſumptibus, ut incommoda ſcholarum explorentur, jam ſatis manifeſtum eſt tantum damnum, quod patitur imbecilla juventus. Videbimus igitur quid facturi ſint ii, quorum ea cura propria eſt. Grammaticam Græcam hic adjunctam mitto famulo D. T. qui me, cum iſtic eſſem, ad veſtras antiquitates perluſtrandas eduxit ac reduxit. Reliqua exemplaria *Defenſionum* DD. Collegis vel aliis eruditis communicare liceat. Hiſce T. R. A. Deo O. M. cum omnibus ſuis commendata, & a Dn. D. *Schmukio* & *Setho* noſtro officioſe ſalutata in Chriſto bene feliciterque valeat. Lipſ. 13. Januarii Ao. 613.

T. R. A.
obſervantiſſimus
M. Joh. *Rhenius*.

INDEX

INDEX I. PERSONARVM,

quæ recenſentur.

A. pag.

Acker, Vitus, 26

B.

Baumgärtel, M. Joh. 15
Beemannus, M. Chriſtianus 15
Berger, M. Fridericus 26
Berricht, Joh. Fabianus, Conſul Numb. Primar. 25
Bloſſius, M. Ludov. Chriſtoph. 22
Blumenröder, M. Damianus 33

C.

Chemnitius, M. Ambroſius, 11
Colerus, M. Theophilus, 15
Cruciger vel Creutziger, M. Andreas, 13

E.

Ekhard, M. Tobias, 15

F.

Faber, M. Henricus, Gymnaſ. Quedlinb. Rect. 31

G.

Götze, Michael, 25
Gſchwend, M. Adamus, 15
Günther, M. Chriſtianus, 20

H.

Hartwig, Johannes. 26
Heider, M. Chriſtianus, ibid.
Hellborn, M. Joh. Chriſtoph. ibid.
Henricus III. Epiſcopus Baſileenſis, 1
Hirſch, M. Gordianus, 15
Höpffner, Nicolaus, 9
Humbertus, Epiſcopus Baſil. 2

I.

Ilmer, M. Georgius, 26

K.

Koch, Bartholomæus, 3
Krauſe, M. Sixtus, 26
Krumholtz, M. Chriſtianus, 16
Kühn, M. Petrus, 3
- - M. Johannes, ibid.

L.

Lange, D. Chriſtianus, 9
- - D. Chriſtophorus, C. P. C. Conſul Numb. Prim. 25
Lauterbach, M. Joh. 20
Leopoldi, Andreas, 13
Loth, Alexander Paulus, 25
- - Sebaſtian, ibid.
- - Paulus, ibid.
Lyſthenius, M. Georg. 3

M.

Meliſſander, alias Acker, D. Joh. Heinricus, 18
Mitis, Thomas, Bohemus Niemburgenſis, 43
Müllerus, D. Paulus, 13. 15
Müller, M. Joh. 26

O.

Oblik, Georgius, Abbas Kayſersheim. 2

P. pag.
Pfeil, D. Franciſcus, 10
Prange, M. Chriſtian. 26
Pretten, M. Joh. 15
Probſt, Petrus, 9

R.
Raniſius, Sigismundus, 15
Rohte, M. Martinus, 9
Romanus, Joh. Phil. 25

S. pag.
Saltzmann, M. Philipp. 15
Schilterus, D. Johannes, 17
Schirmer, M. Chriſtophorus, 15
Schlöer, Johannes, 9
Steltzner, M. Joh. 15
Stemler, M. Joh. Chriſtian, 15

Z.
Zerbſt, M. Joh. 9

INDEX II. RERVM.

A. pag.
Arnoldus, Georgius, Epiſcopatus Numburgenſis Cancellarius, vitam Mauritii, Sax. Elect. ſcripſit, in cujus dedicatione J. G. Arnoldus, patruelis probitatem & juſtitiam laudat, 44
Ejusdem Epitaphium. 44. 45

B.
Bergers, M. Friderici, Rect. Scholæ Cathedral. Numb. Programma ad Parentalia Dn. Julii Pflugii, quo vitam Pflugii nervoſe expoſuit. 33
Bertram, M. Sixtus, Paſtoratum Numb. recuſavit, 54. 55
Biblia Schleuſingenſia notantur. 55
Bloſſii, M. Lud. Chriſtoph. Rect. Scholæ Numburg. Senat. Diſputationes, Programmata & Carmina recenſentur, 22. 23

C.
Calviſii, Sethi, Epiſtola ad D. Lauterbachium, Epiſcopatus Cizenſis Superint, 58
Chemnitii, M. Chriſtiani, tandem Doct. Theol. Paſt. & Superintend. Jenenſis Epiſtola ad eundem Lauterbach. 62
Chemnitianum Stemma. 12
Cundiſii, G. epiſtola ad D. Lauterbachium, Superintend. Cizenſ. 60

D.
Dauderſtadii M. Chriſtoph. Epiſtola, ad eundem. 47

E.
Eccleſiarum ſcholarumque viſitatio prima, ab Henrico, Duce Saxoniæ, inſtituta. 8
Eylenberg, Caſpar. Matthæi, Hiſtoria Epiſcoporum Numburgenſ. MS. 55

F.
Flacii Illyrici, Matthiæ, Epiſtola ex αυτογραφω. 57

Digitized by Google

pag.
Förſteri, D. Joh. Epiſtola. 74
Franzii, Wolffgangi, Epiſtola de cauſa Georgii *Praſſen*, civ. & ſart. Witteb. contra M. Georgium St - - 59
Friderici, Electoris Saxoniæ, mors. 73

G.

Gedicci, Simonis, Epiſtola. 64
Gesneri, D. Salomon. Epiſtola ad Lauterbachium. 65

H.

Henricus III. & Humbertus, Epiſcopi Baſil. Comites a Neiwenburg, claris Numburgenſibus, ſed falſe, a Vulpio annumerantur. 1. 2
Hülſemanni, D. Joh. Epiſtola. 68

I.

Incendium magnum Numburgenſe Ann. 1532. 7

K.

Kayſersheim, Cœnobium laudatur. 2

L.

Lange, D. Samuel, Theol. Prof. & Superintend. Lipſienſis, in pueritia nudis pedibus ſcholam Numburgenſem frequentavit. 9
Langeri carmen ad imaginem Veneris. 56
Laurentii, Mart. Chriſtoph. Rect. Numb. Scripta quædam, Part. I. addenda. 56
Lauterbachii, M. Joh. Exerc. de etymologia & origine Vocum Alemannicarum. 20
Lyſthenii, Joh. Vita & fata a M. Petro Horn, Præt. Weiſſenfelſ. conſignata. 4

M.

Meliſſandrinum ſtemma. 19
Mülleri, D. Pauli, Wittebergenſ. Rector. Schol. Senat. Numburg. Vita & fata 14. 15

N.

Nummus argenteus, quem Nicolaus von Amßdorff, Epiſcopus Numb. cudi fecit, deſcribitur. 33

P.

Pfeilii, D. Franciſci, MS. (Copial-Buch,) in quo diplomata ac Privilegia, Epiſcopatum Numb. concernentia, congeſſit. 11
Pflugii, Julii, vitam nervoſe enarrat M. Frid. Berger, Rect. Scholæ Cathedralis Numb. in programmate. 33
- - monumentum a Petro de Neu-Marck & Conrado a Breitenbach conſignatum. 38
- - ejus Pater Colloquio Lipſienſi An. 1519. præfuit. 40
- - iter in Italiam ſuſcepit A. 1512. ibid.
- - ſententia de Ciceroniano Eraſmi in Epiſtola ad Menzerum. 41
Pollicarius, M. Joh. Superintend. Leu-

pag.

Leucopetr. (1562) cur in carcerem conjectus 43

R.

Rectores Scholæ Numb. Senatoriæ ab anno 1541--1732. ex pulvere scholastico in Ecclesiam evocati 15
Rhenii, M. Joh. Epistola. 75
Rosini, Johannis, Ecclesiastis Numburg. Epistola ad Lauterbachium. 69
-- ejus Antiquitates Romanas laudat & commendat Illustr. Baro de Lyncker, it. Seckendorffius. 73.74
-- ejusd. Commercium litterarium 74

S.

Schilteri, D. Joh. vita, fata & scripta 17.18
Schleupneri, D. Christophori, Epistola 66
Speculi Saxonici Autor Epko a Kepkau, nobilis 28

T.

Theilii, M. Joh. Scripta quædam in Parte I. omissa 52
-- ejus Epistola ad D. Bertramum de loco Matth. II, 12. ibid.
Tyllichii, Joh. Chronicon cum Vetero-Cellensi an idem? 27.28

Sphalmata.

pag. 11. lin. 14. terræ - leg. tanæ.
pag. 25. lin. 23. Schweinitz - leg. Schleinitz.
pag. 26. lin. 3 Kertbaria - leg. Skeitbaria.
lin. 17. Ilmee - leg. Ilmer.
pag. 32. lin. 29. ab - leg. ob.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google